

P V I S

1 6 1 8



- I. Philastrii Catalogus Hæresium.
- II. D. Honorii de Hæresibus.
- III. D. Bugenhageni distributio Methodica Historie passionis Christi.
- IV. D. Garzæ Tractatus Concionum Penitentiarum.
- V. D. Garzæ Delinatio Concionum Penitentiarum.
- VI. Basilii Magni Oratio ad Adolescentes.
- VII. Intimatio Jubilæi Evangelici.
- VIII. Theologorum Saxoniarum Epistola Invitatoria ad universos Theologos.
- IX. D. Bergii Praeceptoris Francofurtensis Disputatio Theologica.
- X. M. Sachsii Disputatio adversus Mejnærum.
- XI. Montani Virga in Bœmiam et Ungaricum.
- XII. D. Pelargi Responsum ad Epistolam Schlussemburgi et Cramerii.
- XIII. D. Pelargi Responsoria ad Apostolica duo breviam Schlussemburgi et Cramerii.
- XIV. Golemi Disputatio de Abstracto et Concreto.
- XV. Pelargi Disputatio de Assumptione Christi.
- XVI. M. Wolfgangi Theses de Justitia et Justificatione.
- XVII. D. Fuffelii Disputatio de Deo.
- XVIII. M. Theopoldi Disputatio ex Dialocho Theodoret. Secundo.
- XIX. de Deo.
- XX. de Peccato.
- XXI. de vita in Conversione Homini Concurrente.
- XXII. de Justificatione.
- XXIII. de Bonis Operibus.
- XXIV. de Ecclesia.

Maa 15.

XIX 30
ANTIDOTUM THEOLOGICO-PHILOSOPHICUM

TERTIUM,

M. JOHANNIS
HESSELBEINII,

OPPOSITUM

ASSERTIONI RODOLPHI GOELENII PHILO-
sophi Marpurgensis,

DE

PRÆDICATIONE IRREGULARI

Logica κατὰ σύθεσιν impropria:

QUA VARIA TROPISTARUM SOCIORUM SUO-
*rum glossemata de sanctissimis Cœnae Dominicae verbis, Hoc est cor-
pus meum, cum Keckermanno tollere:*

ET

MIRO QUODAM ASTU RESPECTIVAM PRO-

POSITIONEM IN ANALOGIA SIGNI ET SIGNA-

ti fundatam in iisdem fabricare con-
tendit,

In institutionibus Theologico-Philosophicis:

ITA UT

*Stupendum Eucharistias mysterium ab Oratorum tropis ac figuris vindi-
cet, sibi autem ut logico, prædicationum irregularium censurâ
dijudicandum vendicet.*



GIESSÆ HASSORUM,

Excudebat Nicolaus Hampelius, Typogr. Acad.

MDCIIX.




REVERENDO ET CLARISSIMO VIRO:
Dn. M. JOHANNI BERNHARDI, Ecclesiae StatHagensis
Antistiti vigilantissimo, & vicinarum in Comitatu
Schaumburgico Superintendententi.

NEC NON
REVERENDO ET DOCTISSIMO VIRO,
Dn. M. JUSTO WEIERO, Evangelii Jesu Christi praconi
fidelissimo.

*Fautoribus, amicis ac fratribus suis in Christo pl.
honorandis.*

*Hoc AntiGoclenianum de predicatione irregu-
lari Logica, Amoris ac honoris ergo in-
scribit ac dedicat*

M. Johannes Sesselbein,





PRODROMVS
AD DISPUTATIONEM DE PRÆDICA-
TIONE IRREGULARI LOGICA.

EXAMINATURUS disputationem secundam Goclenii in gratiam & usum Philosophiæ & Theologiæ studiosorum habitam, cui titulum fecit: Assertio irregularis seu impropriæ Logicorum attributionis seu prædicationis, præmittam paucula, ut disputationis meæ modus apprimè constare possit studiosis.

I. Non curo, quid hic vel ille scripserit, de hoc aut hujus generis argumento. Non considerandum quis dixerit, sed quid dixerit, & an verè, *rectè monet Plato.*

II. Neq; ago simpliciter Oratorem aut Logicum. Quo enim odio habeam temerarios illos, qui falcem suam in alienam messem mittere soleant, vix credis.

III. Keckermanno in primis adversor, qui Tropistas patres ac fratres suos redarguens, proponit propositionem irregularem logicam, cujus attributio tantum impropria, subjecto & prædicato nativam suam significationem retinentibus.

IV. Et Goclenio, qui idem cum Keckerm. *in institut. log.* magna vehementia probare sudat. Quod ipsum repetit in Theologico-Phil. ut imperitiæ multitudini fucum faciat, & heterogeneis argumentis commodius pictam rei sacramentariæ mercem exponat,

V. Dico, hætenus prædicationem logicam irregularem non dari, & esse inane Keckermanni ac Gocle-

nii (*si quis huic choro Bezam adscribere velit, erit liberum*) figmentum ac pigmentum.

VI. Et, quod maximè velim observari, applicationem Logodædalorum nostrorum vanam esse, insulsam esse, insipidam esse, ut qui cum iudicio legit Goclenii philosophemata, quæ de hoc argumento habet in *instit. log. & Theologico-phil.* cogatur mirari hominis audaciam.

VII. Eo fine, ut Theologiæ studiosi scopum harum præstigiæ diligenter observent. Eo enim neglecto, quot quæso capiuntur, aut saltem perturbantur à philosophis illis.

Agam igitur distinctè ac quantum possum, breviter de sequentibus.

- I. *De Scopo propositionum irregularium logicarum.*
- II. *De quæstionis statu.*
- III. *De exemplis impertinentibus.*
- IV. *De exemplis, quæ aliquo modo videntur concludere.*
- V. *De argumentis & effugiis Goclenianis.*

Susceptis votis annue Christe meis.



*ANTIDOTUM THEOLOGICO-PHILOSOPHICUM
de propositione irregulari logica.*

Eleganter & Christianè tradit *August. libr. 4. de Trin. cap. 6.*
Contra rationem nemo sobrius: Cōtra scripturas nemo Christianus: contra Ecclesiam nemo pacificus.

Quod ò utinam observaret curiosus, de quo *idem Augustinus contra Manichæos*: Compescat se humana temeritas, & id quod non est, non quærat, ne illud, quod est, non quærat: ne illud quod est, non inveniat.

Et, ut propiùs accedam, Calviniani in gravissimo argumen-

gumento de præsentia sacramentali corporis ac sanguinis Dominici in sanctissima Eucharistia ! de quibus verè ac meritò dici potest Emblemata *Cyri. lib. 4. in Iohan. c. 13. loquentis de Capernaitis litigantibus inter se: Quomodo potest, inquit, hic carnem nobis dare ad manducandum? Nos magnum à peccatis profectum faciamus, & firmam fidem mysteriis adhibentes, nunquam in tam sublimibus rebus illud quomodo aut cogitemus aut proferamus. Judaicum enim hoc verbum est, & extremi supplicii causa.*

Esto nobis Cynosura elegans illud *Prosperi de vocat. gent. Quæ Deus occulta esse voluit, non sunt scrutanda. Quæ autem manifesta fecit, non sunt negligenda: Ne in illis illicitè curiosi, & in his damnabiliter inveniamur ingrati; Et: quod non assequor, hoc veneror, piè monet Augustinus.*

Quoniam autem mirè philosophatur Goclenius noster circa dictum argumentum propositionibus suis logicis irregularibus, *ut appellat*, ita, ut mirum cui pià videri possit, quorsum hæc argumentorum plaustra pertineant, quæ magno numero (præter rem tamen) coacervantur, succinctè, ac distinctè sectionibus totum ζήτημα pertractabimus. Judicabunt æqui de candore Keckermanni, quem in hoc κρησφυγέτω κατὰ πόδα sequitur Goclenius.

SECTIO PRIMA.

SCOPUS *Ἀξιόσεψως*

DE PROPOSITIONIBUS LOGICIS

Irregularibus.

I.

OPeræ-pretium me facturum arbitror, si in primo disputationis limine Philosophiæ ac Theologiæ studiosis scopum, ad quem tota hæc Gocleniana & Keckermanniana *Ἀξιόσεψως* de prædicationibus irregularibus logicis ten-

A 3

dat,

6 *Antidotum tertium*

dat, diligentius evolvero. Fiet, opinor, ut & eò dexteriùs in totius quæstionis decisione possimus progredi, & co-penitiùs nervum argumentorum Goclenianorum (quæ mediis-Fidius ex ruinoso oriuntur principio) attingere. Nata est (ut paucis multa complectar) ex multiformi Calvinianorum glossa, de verbis Cœnæ Dominicæ, ut sigillatim ostendemus.

II.

Alii in controversia de præsentia sacramentali corporis Christi in S. Cœna respuunt τὸ ἔντικτον.

1. *Ita enim Huldricus Zwinglius, in lib. de vera & falsa religione: Nos non nitimur, inquit, his Christi verbis: Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus. Sed hoc uno verbo nitimur: Caro non prodest quicquam.*

2. *Ita Petrus Martyr in dialogo pag. 127. Quare, inquit, mihi semper visi estis minus, quàm par est, sapere, cum pro dogmate æquè absurdo atq; inutili, sic laboretis, nec pro eo tuendo quicquam habeatis, nisi Christi τὸ ἔντικτον: Hoc est corpus meum.*

3. *Ita Admonitio de libro Concordia pag. 94. Contra verò illi, postquam diu VERBA, VERBA, VERBA sonuerunt, cum urgentur, ut reddant rationem suæ glossæ, confugiunt ad Ubiquitatem.*

4. *Ita David Pareus de controversia Cœnæ lib. 2. c. 16. pag. 89. Licet Marbachius, inquit, depulsus à τῷ ἔντικτῳ rectè fateatur tandem, statum controversiæ esse de διαβολίᾳ, tamen fraterculi ejus ipsi gratias non magnas agent: Et nondum cessant ingeminare τὸν ἔντικτον, τὸν ἔντικτον, ut ineptus ille Græculus clamabat, &c.*

III.

Alii, qui parum distant à primis, respuunt τὸ ἔντικτον κατὰ π, seu κατὰ σ: vel, ut logici distinguunt, secundùm materiale, non formale.

I. Ita

1. *Ita enim Orthodoxus Consensus c. 5.* Non oportet simpliciter intueri verba Christi: Hoc enim est carnaliter intelligere: Sed aliud quippiam cogitare, & interioribus oculis ea aspicere, tanquam mysteria. Nam hoc est spiritualiter intelligere.

2. *Ita Calvinus in formula consensionis pag. 24.* Proinde, inquit, qui in solennibus Cœnæ verbis: Hoc est corpus meū: Hic est sanguis meus, præcisè literalem, ut loquuntur, sensum urgent, eos tanquam præposteros interpretes repudiamus.

3. *Ita Iacob. Gryneus in disputatione Heidelberg. thes. 26.* Principia illorum confirmantia sunt. i. scriptum in verbis Cœnæ Dominicæ, quod si quis sequatur, Papistica potius transubstantiatio, quàm Cardinalis Cameracensis nugamentum, videlicet consubstantiatio confirmabitur.

4. *Huc pertinet Consilium Victorini Strigelii in Epistola ad Wilibaldum Rambeccum.* Ut Hippocrates mandat, ut medicus oculo dextro in naturam, sinistro in artem medicinæ respiciat: ita moneo te, ut non solum in verba Cœnæ attendas, sed magis tibi proponas totam doctrinam Christianam, & ita sequaris Paulum Rom. 12. quòd omnis doctrina sit analogica fidei, congruat cum fundamento, & nullum destruat fidei articulum, &c.

IV.

Alii glossantur in vocabulis: Edite Bibite.

1. *Ita enim Theod. Beza in summa doctrina de re sacrament. pag. 209.* Verba comedendi & bibendi in S. Cœnæ usu non propriè, sed figuratè, translaticè ac tropicè esse intelligenda, *lib. 1. Epist. pag. 56.* manducationis nomen in verbis Cœnæ non propriè, sed translaticè ad spirituales perceptionem accommodari, sacramentali videlicet locutione, qua quòd signorum proprium ad rem significatam transfertur.

2. *Ita*

2. Ita Anton. Sadeël de spirit. manduc. pag. 6. Verbum manducandi per similitudinem hîc usurpatur, non autem in significatione propria, de sacr. manduc. pag. 59. Manducatio corporis Christi est arctissima cum Christo conjunctio, adeò ut ipsum Christum verè possideamus, de spirit. manduc. pag. 5.

3. Ita Admonitio Neostadiana p. 103. aliiq; complures, qui *Edite* referunt ad solum panem, &c.

V.

Alii glossantur in vocabulo: Hoc.

Ita enim Andreas Carolstadius referente Lav. in hist. sacram. germ. pag. 3. Es trug sich bequàmlich zu / daß D. Andreas Carlstadt etliche Büchlein zu Basel ließ außgehen / darin er seine Meynung vnd Lehr von des HERRN Nachtmal weit vnd breit außspreitet / welcher Büchlein diß die Summa. Daß der Leib vnd das Blut Christi nicht natürlich im Nachtmal begriffen weren: daß in den Worten des Nachtmals diß Wörtlein DAS / nit das Brodt daß Christus den Jüngern gabe / sondern Christum selbst anzeigte / vnd sey das die Meynung: daß Christus seinen Leib den Jüngern gezeigt vnd gesprochen habe: das ist mein Leib / der für euch gegeben wirdt / &c.

VI.

Rursum alii glossantur in vocabulo Hoc, ut referant ad solum panem.

1. Ita consideratores anonymi pag. 103. Ipse Lutherus, inquit, in multis locis contendit, ut Christus & Paulus, & tota Ecclesia nos fateri cogunt, per demonstrativum *Hoc*, nihil aliud significari nisi panem, contra ipsius pravos discipulos, qui *Hoc* exponunt, non panem, sed carnem invisibilem in pane.

2. Ita Paræus in controvers. Cœnæ Dom. pag. 118. Hoc refertur ad panem substantivè. Hoc, id est, iste panis est corpus

pus

pus Christi, pag. 115. Quod enim Dominus visibiliter fregit & dedit, id monstrat particula Hoc, & quidem *solum*: quia illud & quidem solum dixit corpus suum. At illud, quod visibiliter fregit & dedit Dominus, erat panis materialis de mēsa acceptus. Hunc igitur panem & quidem solum monstrat particula Hoc. Vide pag. 120.

3. Ita sexcenties Piscator in respons. ad elenchos & exercitat. Buscheri, & Pezelius in tractatu de Cœna Domini, &c.

VII.

Alii glossantur in vocabulo Est.

1. Ita Zvinglius de vera & falsa relig. Nos nitimur, inquit, uno verbo: Caro non prodest quicquam. Quod verbū firmum satis est ad compellendum, quod *Est* hoc loco pro significat, vel symbolum est, ponitur. Hanc glossam invenerunt Georgius Saganus & Johannes Rhodius in sarcinula cujusdam Batavi Honii, in qua fuit Epistola & inclusa Epistolæ hæc margarita, quod verba Cœnæ (Hoc est corpus meum) sic reddi possint, *Hoc significat, referente Lav. in hist. sacr. p. 2.* quam probavit mirificè Zvinglius, *Lav. p. 3.* Eamq; post certamen cum scriba habitum in somnio, quo spiritu dubitat Zvinglius, accepit. *Vid. Lav. p. 7. & Zving. in subsidio Euch.*

2. Ita Paræus in contro. Cœnæ pag. 132. lib. 3. c. 9. potior & tutior est expositio Chrysofomi, quam etiam habent prædicti Patres, & glossa Decreti, & quam secutus est Zvinglius & alii, exponentes copulam *Est* per significat: Panis est corpus Christi, id est, significat corpus Christi. Quia propriam significationem prædicati oportet evidenter manere in verbis Christi: Hoc est corpus meum, propter id, quod additur; Quod pro vobis traditur. Manet autem evidenter, nec admittit cavillationem, cum *Tropus* ponitur in copula.

3. Ita fuse docet Polanus in partit. Theolog. p. 257. & Piscator: quem tamen veritas convicit, ut publicis scriptis huic

opinionem nunciū planè remiserit, ut paulò post notabimus.

VII.

Alii glossantur in vocabulo CORPUS, diversimodè. Nonnulli ponunt Metonymiam causa pro effecto.

Ita Calvinus in secunda defens. contra Westphalum p. 50. & pag. 99. Hoc est corpus meum, exponit: Hęc est virtus Spiritus Christi.

IX.

Nonnulli Metonymiam subiecti (quod Peripatus appellat Materiam in qua) pro adjuncto.

Ita Zuinglius tractat. 2. instit. de sacr. Cœna. Hoc est corpus meum: Corpus pro passione & morte, quam in corpore suo sustinuit, sumi debet.

X.

Nonnulli metonymiam signati pro signo.

1. *Ita Oecolampadius de verb. Cœn. cap. 6. Hoc est corpus meum, hoc est: est signum corporis mei. Vide Lavat. in instit. sacram. pag. 9. 10.*

2. *Ita Bullingerus decade 5. de Cœna Domini: Hoc est corpus meum: id est, est memoriale, vel memoria, vel symbolum, vel sacramentum corporis mei pro vobis traditi.*

3. *Ita hodie Iohannes Piscat. in respons. ad elenchos Busch. c. 5. in volum. thes. Theol. pag. 495. Metonymiam, inquit, ego pono in vocabulo corpus: dicens, corpus poni pro signo corporis, ac proinde subiectum pro adjuncto, p. 504. Vox corpus non accipitur propriè, sed per metonymiam subiecti pro signo corporis. Sequuntur eum multi ex neotericis.*

XI.

Nonnulli Metonymiam & Metaphoram.

Ita Petrus Ramus lib. 4. Theol. cap. 8. Corpus & sanguis, inquit, metaphoræ sunt, non id ipsum, quod dicitur, sed dicto simile significantes.

Et paulo post: Metonymiæ corporis & sanguinis, inquit, pro

pro

pro adjunctis eorum bonis ac fructibus præterea conjunguntur.

XII.

Nonnulli Synecdochen totius pro parte vel generis pro specie.

Ita Ioh. Pisc. in respons. pag. 99. Geminam, inquit, synecdochen esse in meo enunciato, unam in subjecto, alteram in prædicato. Nam etiam non quodlibet corpus hîc intelligi, sed specialiter corpus Christi. Vide Busch. in exercit. exercit. I. sect. 3.

XIII.

Nonnulli Synecdochen partis pro toto.

1. *Ita Cassellani nostri pag. 70. Per vocabulum corporis, inquit, synecdochicè intelligi corpus simul & animam, adeoq; totam personam Christi.*

2. *Ita Bucanus instit. log. pag. 720. & Beza in contr. de cœn. edit. anno 94. Gen. edit. pag. 25. Corporis & sanguinis appellationem totam Christi humanitatem & ὅλης & κατὰ μέρος consideratam συνειδοχικῶς intelligimus, imò etiam totam Christi personam, &c.*

XIV.

Nonnulli synecdochen partis pro parte.

Ita quàm ridicule Zuinglius in expositione negotii Euch. Carnem suam, inquit, Christus dixit, verè esse cibum (eandem autem carnis Johan. 6. & corporis esse rationem in cerebro Zwinglii notum est ex collatione, pro qua veluti pro aris & focis dimicant Zvinglii discipuli) non herculè carnem intelligens, sed potiozem naturam, quæ carnem assumpserat, ut ea perlitaret ac placaret æternam justitiam, per ἀιδόσιον de natura mortali loquens, cum tamen de immortalis natura sentiret. Ea enim qui fidit, beatus erit, &c. Hactenus glossæ circa vocabulum corpus in Eucharistia.

XV.

Alii glossantur in vocabulis, Quod pro vobis traditur.

1. *Ita Piscator in respons. ad elench. Busch. cap. 2. in volum. thes. Theol. pag. 471.* Pronomen relativum (*Quod*) hic positum est limitativè, pro *quatenus*, sicut Joh. 6. Pronomen *Quam*. Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Item. Posterius cum priore copulatum est non simpliciter, sed limitativè: ad limitandum scilicet prædicatum illius & docèdum, quatenus panis ille sit corpus Christi, hoc est, sacramentum corporis Christi: videlicet quatenus illud pro nobis est traditum.

2. *Ita glossantur Gryneus disp. Heidelb. th. 19. & Orth. Consens. pag. 114.*

XVI.

*Alii glossantur in tota propositione: Hoc est corpus meum. Quæ-
runt in phrasi metonymiam.*

1. *Ita Theod. Beza in conspicio ad D. Hoffmann. demonstr. ad oculum pag. 23.* Subjectum & prædicatum, *inquit*, in iis propositionibus Sacramentalibus, de quibus agitur, à tropis esse libera: quatenus per se & in sese, in ipsa etiam enunciatione, tum subjectum tum prædicatum spectantur, sive quid propria sua, & nativa significatione declarent. Nec enim dubium est, quin demonstrativo pronomine verus panis & verum vinum, & per prædicata verum illud corpus traditum pro nobis, & verus ille sanguis, effusus pro nobis, declarentur. Sin verò conjunctim & relatè, sive quatenus prædicata subiectis attribuuntur, consideremus, non sunt certè à tropo libera. Quia non nisi figuratè panis ille esse verum corpus, & vinum illud esse verus ille sanguis dici potest. *Idem repetit pag. 29.*

2. *Ita Paræus controvers. de Cæn. lib. 1. cap. 9.* Dicimus in ipsa phrasi ex conjunctione disparatorum, seu impossibilium

bilium (sic vocant Scholaſtici) terminorum, panis videlicet & corporis Chriſti, naſci & eſſe improprietatem, &c. p. 103. lib. 2. cap. 17. Falfum eſt: Exiſtentibus ſingulis verbis propriis etiam prædicationem neceſſariò exiſtere propriam. Sic prædicatione exiſtit figurata, eò quòd diſparata ſunt, panis & corpus Chriſti, quæ propriè & verè conjungi non poſſunt. Quod tamen conjunguntur, idq; verè, fit per figuram, quæ metonymia ſacramentalis dicitur, &c.

3. Ita Bucanus inſtitut. loc. 48. pag. 693. Figurata eſt hæc prædicatione, eaq; non ſimpliciter metaphorica aut allegorica, ſed Metonymica. Eſtq; non in ſingulis verbis ſeorſim & in ſe conſideratis, &c. Sed in tota attributione. Notandum, igitur, non eſſe tantùm locutionem figuratam Metonymicam aut ſignificativam (quia languidius ſignificaret & explicaret naturam myſterii) ſed ſacramentalem. Hanc autè dignitatem Metonymiæ, ut dicatur ſacramentalis, Rhetor non quâ Rhetor, ſed quâ Theologus eſt, ei imponit, ut Paræus docet lib. 3. c. 9. pag. 134. in cont. de ſac. Cæna.

XVII.

Alii in propoſitione: Hoc eſt corpus meum, querunt & Synecdochen & Metonymiam.

Ita Chriſtophorus Pezelius in tractatu de ſacra Cæna pag. 122. Non abſurdum eſt, inquit, comprehendere in locutionibus ſacramentalibus metonymiam & ſynecdochen, modò rectè ac dextrè explicentur, quemadmodum naturæ ſacramentorum convenit, quæ ſunt ſigna exhibitiva in uſu ſeu actione. Unde ſequitur, datis externis ſymbolis ſimul exhiberi res ſignatas. Idq; conatur probare pag. 123. &c. ſcriptis Melanthonianis. Hactenus gloſſemata Zwingliana.

XVIII.

Quorum aliquot rejiciuntur ac refutantur ab adverſariis.

1. Gloſſa Carolſtadii diſplicet Zwinglio, ut videre eſt apud

Lavaterum in hist. sacram. adeoq; omnibus, qui voculam *Hoc* referunt ad solum panem. *Vid. Paræum, Pisc. Pezel. & alios.*

2. Glossa Zwinglii, Polani, Paræi, & Piscatoris in vocula *Est* displicet *I. Bucano instit. loc. 48. II. Piscatori ipsi, quam ex professo revocat in Respons. ad Hofmann. in Respons. ad Elench. Busch. cap. 4. in Respons. ad exerc. Busch. cap. 10. III. Calvino adeoq; omnibus, qui rectè negant Tropum in copula. Vide Goclen. in problem. Logicis & Rhetoricis.*

3. Glossa Oecolampadii in vocula *Corpus* displicet. *I. Beza 1. volum. pag. 309. & pag. 279. II. Paræo. Corpus, inquit, notat verum naturale Christi corpus non figuratum: Quia figuratum corpus non est pro nobis traditum. Vide Paræum in controvers. de S. Cœna lib. 1. cap. 9. pag. 34. lib. 3. cap. 4. pag. 113. III. Adeoq; omnibus, qui urgent Metonymiam sacramentalem, uti appellant, quos supra notavimus.*

4. Metonymia Calvini & Zwinglii, de qua thes. 8. & 9. displicet *I. Theod. Beza in respons. ad Daniel. Hofmann pag. 155. 156. Egonè, inquit, voce Corporis & sanguinis mirifico & inaudito tropo intellexerim mortem & passionem Domini, quorum illa sint duntaxat $\mu\upsilon\mu\pi\acute{o}\sigma\upsilon\nu\alpha$: qui ne in eorum quidem sententia acquiescam, qui exclusa ipsius Christi communicatione, pro re sacramentaliter nobis significata efficacitate duntaxat mortis & passionis ipsius & beneficia ex ipso in nos redundantia intelligunt? vide Beza in Dial. pag. 22. & 97. II. Calvino ipsi super *I. Cor. II.* Neq; mortis tantum ac resurrectionis suæ beneficium nobis offert Christus, sed corpus ipsum, in quo passus est ac resurrexit.*

5. Tropus in verbis singulis, de quo thes. 7. 8. 9. & c. displicet *I. Beza in conspicio pag. 23. & passim alibi. Vide Respons. ad Daniel. Hofm. II. Bucano instit. Theol. pag. 633. III. Pezelio in tractat. de S. Cœn. passim. IV. Paræo lib. 3. cap. 9. qui tamen oblitus sui pugnat pro glossa Zwinglii, ut asserit th. 7. vid. etiam thes. 17.*

6. Tro-

6. Tropus in phrasi displicet I. *Piscatori in Respons. ad Elench. Busch. cap. 3.* Planum est, inquit, me tropum non statuere in toto axiomatico. *In admon. exerc. Busch. cap. 5. pag. 622.* Non dissentio, inquit, hîc à Buschero, sed justè conqueror de injuria falsi testimonii: quod scilicet hanc sententiam mihi attribuit, quod ipse metonymiam in totis illis pronunciatis constituam. *II. Keckerman. lib. 3. syst. Theol. cap. 8. p. 444.* Omnis tropus est in verbis, nullus in rebus, ut ex certissima Tropi definitione patet, qua dicit, eum esse translationem vocis, non rerum, quia res non sunt in potestate hominum, nec pendent ex loquentium instituto: ideò non possunt *res & dicitur* &c. Quid igitur? Ubi Tropistæ? Metonymistæ? Metaphoristæ? qui ad grumos usq; sanguinis pro tropis suis, tanquam pro aris ac focis dimicârunt? Ne quid cerebello humano circa sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum deficiat, enovum à Logicis fictum ac pictum velamen!

XIX.

Alii igitur prorsus à Tropis abstinent, cum quo-ad singulas, tum quo-ad voces conjunctas, & dicunt propositionem: Hoc est corpus meum; esse irregularem Logicam.

Ita Barthol. Keckerm. lib. 3. syst. Theol. cap. 8. pag. 442. Panis est corpus Christi; Vinum est sanguis Christi. Tales prædicationes fluunt ex arctissima unione & similitudine, quæ est inter signum & signatum, & sunt usitatæ ac frequentes in aliis rebus plurimis. Ideò à logicis ad præcepta de propositione impropria referuntur, & vocantur prædicationes relativæ: item extrinsecæ, ut cum ad exprimendam summam similitudinem sive consensum animorum & studiorum inter duos amicos, dico: Hic amicus est alter ipse, &c. *p. 444.* refutat socios suos Tropistas.

Ita in syst. log. lib. 2. pag. 400. recenset causas harum prædicationum. Duæ, inquit, potissimum causæ sunt, cur Sp. sanctus, &c.

ctus, & ipse Christus talibus prædicationibus & phrasibus sit usus, quarum prima est analogia, & unio arctissima sacramentalis inter signa & res signatas: altera est summa certitudo obsignationis spiritualium bonorum & eorundem in usu legitimo exhibitionis.

XX.

Goclenius, ut huic sententiæ, Tropistis è diametro opposita, superpetias ferat, proponit ἑρώτημα: Vtrum dentur propositiones logica irregulares? Quod affirmat.

Ita enim in disput. Theologico-phil. disp. 2. Quam necessaria, inquit, est distinctio vocum in proprias & improprias, syntaxeos in simplicem, &, ut loquuntur, figuratam: Syllogismi in manifestum & non-manifestum. Methodi in rectam & deflectentem: Tam necessaria est distinctio prædicationis in regularem seu Canonicam & irregularem.

Instit. log. lib. 2. cap. 8. pag. 61. definit. Enunciatum improprium est, cum ratio compositionis est impropria, &c.

En originem & scopum hujus διασκευῆς! Quod ideo diligenter volui inculcare, ut constaret studiosæ juventuti, ad quid tendant hæc philosophemata, quibus Goclenius (ne verbulo quidem facta mentione ullius applicationis) catus, ut solet, ad Analogorum nassam allicere fatagit: Et quibus pigmentis post multa certamina paradoxa sua depingere soleant adversarii. Hactenus de σκοπο συζητήσεως, penes quem argumentorum nostrorum nervum quærendum esse, in disputationis transcurso ostendemus.

SECTIO SECUNDA.
STATUS CONTROVERSIAE.
DE PROPOSITIONIBVS IRREGVLARIBVS
Logicis.

CÆterum ne quid obscuritatis remaneat, & ut feliciter in toto hoc argumento possimus progredi, exquisitè evolvem-

volvendus est *Status*. Quod in accuratis disputationibus, ut *Goclenius me docuit*, primarium eruendę veritatis est medium.

XXI.

Non quæritur, an prædicationes logicę irregulares, sumpto vocabulo in lata significatione, juxta *Goclenium* & *Keckermannum*, possint etiam dici *Tropica*.

Ita enim Keckermannus syst. Theol. p. 443. Si latè sumatur, *inquit*, & cum catachresi appellatio Tropi, possent etiam Tropicę vocari tales prædicationes: Tropicam scilicet vocando omnem in genere impropriam prædicationem.

XXII.

Nec quæritur, an prædicationes Tropicę, quas *Philippus* & *Hunnæus* figuratas appellant, sint improprię. *Ita enim Keckerm. pag. 443.* Si accuratè & exactè loquendum sit, *inquit*, latius patet prædicatio impropria, quàm tropica: Ita quidem, ut omnis prædicatio tropica sit impropria; sed nõ contra, omnis prædicatio impropria sit tropica. *Ita Goclenius disput. 2.* Non mutuò sese excludunt, Tropo vocis affecta seu modificata Rhetoricè, & impropria logicè, pag. 10. Nolo, *inquit*, dimicare cum eo, qui dicit in hac: *Zoilus*, quantus quantus est, est vitiũ, pro vitiosus: Esse Metonymiam formę pro formato in voce vitium. Abstractum enim est forma cõcreti: Modò mihi concedat, attributionem etiam Logicè posse dici impropriam, &c.

III.

Nec quæritur de qualibuscunq; prædicationibus, quę à logicis regulis deslectunt. Exempli gratiã: Motus est perfectio calidi, motus corporum cœlestium est vita sublunarium, &c. quãs *Goclenius* magno numero collegit ex philosophorum monumentis. Hęc enim nihil ad Rhombum, ut in disputationis transcursu ad oculum ostendemus: Sed de prædicationibus, quarum termini, seu loci sunt oppositi,

C

affir-

affirmativè tamen conjuncti. *Ita enim Keckerm. syst. Theol. pag. 443.* Cum disparatum de disparato prædicatur, aut est impossibilis prædicatio, aut præsupponitur substantialis transmutatio, aut deniq; præsupponitur relatio arctior, sive unio & habitudo mutua rerum sibi similibus, sive analogiam magnam inter se habentium: Unde & analogicæ prædicationes à doctissimis nonnullis Logicis appellantur, id est, tales, in quibus res disparata prædicatur de disparata, propter analogiam, sive summam inter se convenientiam, &c. *Vide Gocl. part. 3. probl. log. probl. 64.*

IV.

Nec quæritur de omnibus hoc genus prædicationibus, sine discrimine. Absit! in his enim: Christus est vitis: Christus est via: Herodes est vulpes, &c. Metaphoram urgent adversarii, *ut videre est apud Paræum, Piscatorem, adeoq; Keckermannum ipsum in syst. log.* Sed de prædicationibus sacramentalibus mysticis, in quibus propter unionem sacramentalem, & ob signationis certitudinem res signata, aut ejus proprietates, tribuitur sacro signo, *definiente Keckermanno syst. log. pag. 399. edit. i.* Quæ enim disputat Buscherus in exercitationibus de propositionibus: Columna nubis erat Angelus Domini, *pag. 296.* Sanguis est anima, *pag. 297.* Columba est Spiritus sanctus, *pag. 307.* Fit ideo, ut doceatur disparatarum rerum conjunctio, unio, & ad invicem præsentia. *Vide Busch. ex. i. f. 6. pag. 113. D. Hun. in tract. de sacr.* Qua de re alibi erit differendi locus.

V.

Nec quæritur de prædicationibus sacramentalibus omnibus & singulis, puta, quæ spectant ad classem Veteris Testamenti. Cōcedunt enim nostri libenter relativam, seu analogicam unionem signi & signati in Sacramentis V. T. ac propterea notatur discrimen luculentum. *Ita D. Hun. de S.*

Cæna

Cæna pag. 382. Si maximè posset, *Est*, ibi sumi pro significat, ut nunquam in æternum evincent, tamen idem in explicatione verborum Cænæ statuendum esse, hinc ineptissimè colligitur, *obstante videlicet immoto discrimine, quo illa veteris pæcti Sacramenta fuisse typica constat. Cænam autem Sacramentum esse Novi Testamenti didicimus, ubi substantia Novi Testamenti, quæ est Christus secundum carnem, nõ significatur amplius, sed coràm exhibetur: SED* de prædicatione sacramentali, quæ N. T. propria est: Panis est corpus Christi, de qua in prima disputationis sectione multas Cinglianorum glossas notavimus.

VI.

Nec quæritur de propositione: Panis est corpus Christi, & τὸ ἕν τὸν, ut perperam proponunt adversarii. Non enim in verbis Institutionis ita habetur ad literam. *Ita D. Hun. de sacr. Cæn. pag. 305. Vera quidem, inquit, est hæc propositio, & verbis Cænæ, quo-ad sensum æquivalens, dummodò rectè usurpetur, &c. Interim tu hoc teneas velim inter has duas propositiones; Panis est corpus Christi, & Hoc est corpus meum, aliquid certè esse discriminis, &c. Vide pag. 346. 347. Ita D. Mentzerus in collat. post. thes. 7. Illud annoto, inquit, propositiones illas: Panis est corpus Christi, & vinum est sanguis Christi, & τὸ ἕν τὸν, non esse ipsius Christi, sive scripturæ, sed ab Ecclesiæ Dd. usurpatas. Vide M. Schröd. in disput. de Cæn. Domini, & Collegium Maulbrunnense, & D. Chemnit. in fundamentis, &c.*

VII.

Nec quæritur, an prædicatio: Hoc est corpus meum, sit irregularis logica? eo modo, quo mysterium ab humanæ rationis regula longè abesse dicitur, juxta aphorismum Scaligerianum: *Quæ supra naturæ leges, non sunt ex naturæ legibus judicanda.* Seu: non quæritur, an hæc prædicatio superet rationem humanam, ut propterea irregularis logica appellari possit.

possit. Quis hoc vocabit in dubium? Sanè nostri urgent argumentum. *Qualis est unio inter panem & corpus Domini, &c. talis etiam est prædicatio. Atqui unio inter panem & corpus Christi, &c. est sacramentalis, mystica, longissimè à rationis humane pomeriis distans. Ergo etiam prædicatio ejusmodi erit. Hactenus prædicatio irregularis logica per ἀντίφρασιν appellari potest.*

VIII.

Quæritur autem an prædicatio: Hoc est corpus meum, vel si mavis: Panis est corpus Christi: sit irregularis logica, ita ut non tantum sit, Non-logica, verum etiam logica ac patrimonii logici? Seu, ut clarius me expediam, an pertineat ad logicam ratione cognitionis κατὰ φαινοῦς ἢ ἀνατελεπικῶς? an sit scientiæ logicæ τῆς θείας ἢ καὶ ἀναιρέσειν, ut scholæ distingunt? Ita enim Barthol. Keckerm. syst. log. pag. 399. propositio sacramentalis, inquit, est, in qua propter unionem sacramentalem, & ob signationis certitudinem res signata, aut ejus proprietas tribuitur sacro signo, ut, exempli gratiâ: *Panis est corpus Christi.* Ita Goclenius instit. log. append. pag. 299. Improperia τῆς σύνθεσιν, id est, ratione compositionis logicæ est, in qua attributum antecedenti irregulariter, & indirectè attribuitur, ut: Panis est corpus Domini, &c.

IX.

Quæritur an hoc κρησφύγετω (quid ni τὴν σοφίαν σοφίαν, ut in proverbio est, appellem) vana Tropistarum somnia, quæ turba Cingliana pro lubitu circa sacrosanctum Cœnæ Sacramentum catervatim effinxere, elidi & exterminari possint. Ita conatur Keckermannus in syst. Theol. pag. 444. Non transferri, inquit, ullam vocem de sua significatione in alienam, quando dico: Panis est corpus Domini, vel ex hoc potest esse manifestum, quod Theologi nostri unanimiter statuât, in ejusmodi prædicatione prædicari disparatum de disparato, &c. Et Goclenius instit. log. pag. 297. Propria ratione verborum

rum est, cujus verba in nativa significatione accipiuntur. Itaq; non habent Tropum elocutionis Rhetoricæ, ut: Hic panis est corpus meum, &c. Hic neq; in voce panis, neq; in verbo *Est*, neq; in voce Corpus, tropus est. Panis enim ex massa farinacea factus intelligitur. *Est*, ut copula, tropum sustinere non potest. Et determinatio: Quod pro vobis traditur, evincit, vocẽ corpus, de proprio illo & unico Christi corpore accipiendum, &c.

X.

Vt propius ad ζητημένους limites accedam, queritur an philosophema Goclenianum de hoc argumento. 1. Calvinianos tropizantes, circa verba Cœnæ Dominicæ refutet? 2. Keckermanni prædicationem irregularem logicam (sacramentalem mysticam appellat) tueatur? 3. Num sit merum κρησφύγετον ad incautos decipiendos adinventum? Quod nos hac συζητήσας privata, Deo benè annuente, ita sumus demonstraturi, ut Goclenius etiam, modò velit veritati dare locum, acquiescere debeat. 4. Num etiam suffraganeos Philosophos, puta Zabarellam, Scaligerum, Hunnæum, Melanchthonem, quos nominatim citat, jure sibi associet? Qua conscientia hoc faciat, docebimus suo loco distinctiùs.

XI.

En habes controversiæ statum, quem suppeditant. I. Scopus Philosophiæ Keckermannianæ de sanctissimo Cœnæ mysterio: Hanc enim contra Tropistas è diametro esse directam, constat lectori. II. Scopus Philosophiæ Goclenianæ de eodem. Et hanc Tropistis in faciem contradicere, Keckermannum autem ἔξ ἰσότητος sequi, non est, ut quis dubitare velit. *Vide instit. log. loc. cit.* III. Scopus cujuscunq; disputationis. Omnem enim actionem certo fine suscipi, docuit Philosoph. I. *Eth. ad Nicom. cap. 1. & Scal. exerc. 307. sect. 27.* IV. Tu, quisquis es, monstra mihi alium hujus disputationis finem, & Phyllida solus habeto.

Operæ igitur pretium, ut ad hanc metam argumenta & responsiones nostræ in toto hoc argumento, de prædicationibus logicis irregularibus, unice tendant, ne certamen de asini umbra, ut est in proverbio, suscipere, & cum larvis pugnare videamur. Hactenus de *Statu*. Progrediemur jam, ad disputationem nostram *ἐλεγκτικὴν*.

SECTIO TERTIA.

DE EXEMPLIS GOCLENIANIS, QUÆ SCOPUM ac Statum *ἑστῆμεν* ne attingunt quidem.

Hactenus ea, qua potui, perspicuitate statum controversiæ de propositionibus logicis irregularibus, (quas, si quis sacramentarii Spiritus extremum appellaverit asylū, facile merebitur veniam) enodavi diligentius, eum ob finē, ut studiosæ juventuti certò constet, argumenta Gocleniana, quæ Inductionis Locus suppeditat sigillatim, esse impertinentia, & nihil omninò facere ad Rhombum. Quod hac sectione succinctè ostendemus, & *ἕν θεῶ ἐλεγκτικῶς* evincemus secuturi Goclenium *ἔπειτα*.

I.

Ita Goclenius disp. 2. pag. 1. *Omniū hominū sermonibus, omnium authorū scriptis usurpata, celebrata, frequentata, nobilitata deniq; sunt attributiones logicæ veræ irregulares. Sancti libri Veteris & Novi Instrumenti earum pleni, Philologorum, Philosophorum, Medicorum, Iurisperitorum, Theologorum, tum veterum tum recentium monumenta iis sunt referta. Itaq; eruditissimi & exercitatissimi Logici distinctionem veræ prædicationis in regularem, & irregularem seu impropriam docent, ac discipulis inculcant.*

Et pag. 2. Zabarella & alii Philosophi & Scholastici quoties in scriptis suis prædicationes proprias & improprias inter se distinguunt? Quoties propriè esse vocant formaliter seu essentialiter esse: Et impropriè esse quoties vocant esse per modum causæ? &c.

Respon-

II.

Respondeo. 1. Quis negat, Gocleni? Quis inficiari ausus, dic quæso mihi, propositiones numero-plures à legitima argumentorum dispositione dissentientes in Philosophorum, Philologorum, Medicorum, Jurisconsultorum, Theologorum etiam scriptis ac monumentis occurrere? Quis hætenus prædicationes irregulares tollet de medio? aut quis eas hoc nomine vocabit in dubium? *Committis σόφισμα κατὰ τὸ ζητέμενον.*

2. Neq; valet: Zabarella & alii Philosophi & Scholastici in scriptis suis prædicationes proprias & improprias inter se distinguunt, &c. Ergo Zabarella, & alii Philosophi & Scholastici, in prædicationibus impropriis negant esse Tropum. Vel: Exercitatissimi & eruditissimi logici irregularem seu impropriam docent, ac discipulis inculcant: Ergo in prædicatione irregulari nihil modificati, aut quod Tropi naturam redoleat, simul inculcant. Quam oppositionis rationem omninò requirit τὸ ζητέμενον. *Committis σόφισμα κατὰ τὸ ἐπίμενον propter falsa ἀντιλήψεις.*

3. Quin potius valet: Zabarella & alii Philosophi, & exercitatissimi logici agnoscunt prædicationes irregulares logicas, easq; sæpius inculcant. Ergo præsupponunt, ut ita loquar, modificationem Rhetoricam, in improprietate logica. Omnem enim tropum in argumentis logicis fundari, hætenus docuerunt Rhetores, à quibus Goclen. in probl. Rhet. ne latum unguem discedit. Vide Snell. in scholiis super Rhetoricã Talei. Unde conclusiones concessæ etiam ab adversariis. 1. In copula non est Tropus. Quis sic? 2. quia non est vox categorematica, certam rem per se significans. Keckerman. in syst. Theolog. pag. 445. 3. Vel, quia ad argumentorum logicorũ classẽ referri non potest. Goclen. in probl. Rhet. 4. Vel: quia non est subjectum, neq; prædicatum in Enunciato, Goclen.

in Isag. Org. pag. 105. Confer lib. 3. probl. log. 5. In Enunciato autem duo duntaxat esse argumenta, quorum unum prædicatum, alterum subjectum, docuit Goclenius in omnibus, quæ de re logica reliquit, scriptis, ut infra in apodixei nervosius sumus ostensuri. Quid igitur? *Committis σοφισμα κατὰ τὸ αἴτιον.*

4. Multò minus valet: Zabarella & alii Philosophi tradunt propositiones irregulares, &c. Ergo in prædicatione: Panis est corpus Domini: Non est tropus, quem aliàs Zwingliani uno ore facti sunt, quamvis diversimodè, ut in prima disputationis nostræ sectione docuimus. Ergo in prædicatione (Panis est corpus Domini,) est tantùm irregularitas, seu improprietas logica, quam Goclenius impropriam καὶ σύνθεσιν appellat, & impropriæ καὶ λέξιν opponit *instit. log. lib. 2. pag. 298.* Necessum igitur, ut ostendatur, in allatis philosophorum exemplis, non esse modificationem Rhetoricam, sed tantùm irregularitatem logicam καὶ σύνθεσιν. Quod vix ac ne vix quidem, adhibitis etiam omnibus argumentorum ponderibus, præstabit. Aut, quod vero verius, Goclenius in cumulandis peregrinis exemplis laborat incassum, & committit σοφισμα comparatorum propter exemplorum ἐτερογένειαν quod in speciali examine erit manifestius.

III.

Aristoteles, pergit pag. 2. dicit 2. phys. §. 15. privationem esse quodammodo formam: id est, improprie! quia privatio non est essentialiter seu formaliter forma, sed per necessariam connexionem, seu, ut loquuntur barbari, per concomitantiam, Zab. lib. 1. de prim. rer. mat. cap. 7. quia necessario aliam formam comitantem, hoc est, annexam seu conjunctam habet. Instit. log. lib. 2. p. 63.

IV.

Respondeo 1. Quid concludis? Prædicationes tuas irregulares logicas, quibus Keckermanno tuo præbes manū? Medius-fidius ne-hilum efficis. Audi: Philosophus asserit: priva-

privationem esse, quodammodo formam, ἢ ὅτι εἰρησὶς εἶδ' ὅτι πῶς ἐστὶ,
2. phys. c. 1. §. 15. Ubi quaeso in hac praedicatione habebis im-
proprietatem tuam logicam? Monstra, si potes, irregulari-
tatem τῆς σύνθεσιν. Monstra, praedictum antecedenti irregu-
lariter & indirectè attributum, ex definitione *instit. log. part.*
2. pag. 298. Monstra rationem compositionis impropriam,
pag. 61. Annon particula πῶς, certum denotat respectum? li-
mitationem certam? *ut pulchre differit Scalig. exerc. 307. sect. 21.*
super verba Philosophi: τὰ κατ' ὅλα ἐν αὐτῇ πῶς ἐστὶ τῆ ψυχῆ. An-
non limitatio restringit Enunciationis terminos, & ad pro-
prietatem τῆς λέξεω, & ad proprietatem τῆς σύνθεσιν? *Committis i-*
gitur errorem testimonii, quod est impertinens. 2. Praeterea: judica,
quænam sit consequentia: Privatio est forma, non essentia-
liter, sed per necessariam connexionem, seu per concomi-
tantiam. Ergo in praedicatione: *Privatio est forma* (ita enim
juxta Zabarellam pro Alexandro contra Simplicium pro-
ponenda est. *Vide Zabarel. 1. de prima rerum mat. cap. 7*) non est
modificatio Rhetorica. Quaeso, annon necessaria illa con-
nexio, vel concomitantia, (quibus terminis, ut rectè mones,
utuntur Scholastici declarationis seu evolutionis ergò) im-
proprietatem vocis omninò requirit? Oppositio ubinã? Sa-
nè Zabarella modificationē Rhetoricam verbis expressis-
simis citato in loco proponit. Sat est, *inquit*, si ex iis, quæ di-
cta sunt, habeamus, quod privatio, etsi formaliter sumpta
nihil est, tamen *connotat* formam, quæ dicitur forma contra-
ria, idq; respexit *Aristoteles in contextu 15. 1. phys.* proponens,
quaestionem & insolutam dimittens, an in generatione sub-
stantiarum privatio denotet etiam contrarium positivum
formæ generandæ: Nam privatio, quæ formaliter accepta,
est oppositum formæ solum privativè, *notat* etiam contra-
rium positivum, quatenus *connotat* aliam formam conjun-
ctam, &c. Audis privationem notare formam apud Zaba-
rellam

rellam, idq; respexisse Philosophum loco citato: *Notare autem, quae tale, signorum esse proprium, sciunt juniores*: Et, quando signum dicitur signatum, sive sit $\Phi\upsilon\sigma\iota\kappa\acute{o}\nu$, sive $\theta\epsilon\tau\iota\kappa\acute{o}\nu$, esse prædicationem Metonymicam. *Rursum ergo committis fallaciam oppositionis.*

3. Quid multis? Audi Goclenium in *problem. log. part. I. probl. 27. ad axioma*: Generatio unius est alterius corruptio, quod ad præsens institutum accommodat, *libr. 2. instit. log. p. 62.* Concedo, *inquit*, generationem seu procreationem unius esse corruptionem alterius, consequenter, (Scholastici dicunt per concomitantiam) & $\mu\epsilon\tau\omega\nu\mu\iota\kappa\acute{o}\varsigma$, quia nimirum ad unius, ut ovi, interitum consequitur generatio alterius, ut pulli, & vicissim, &c. Si ergo Tropus in hac & hoc genus prædicationibus, quarum veritatem in necessaria connectione quærunt Scholastici, ecquid igitur Philosophus noster? Cur quæso eas ad prædicationem irregularem logicam, quæ modificationem Rhetoricam respicere debet, refert? *Committit ergo fallaciam* $\alpha\delta\epsilon\ \tau\ \zeta\eta\tau\acute{\epsilon}\mu\epsilon\lambda\lambda\omicron\nu\omicron\nu$.

V.

Pergit pag. 3. Impropria sunt, in quibus de causa prædicatur effectum directè. Logicorum enim Canon est: Efficientem causam non dici de effecto directè, ut non dicitur directè: Sol ortus est dies, sed obliquè.

1. *Motus est perfectio calidi.*
2. *Eclipsis est interpositio terræ.*
3. *Fames est sensus suctionis inanitionisq; in ore ventriculi.*
4. *Motus corporum cælestium est vita sublunarium.*
5. *Immobilitas cordis est mors.*
6. *Dolor est solutio continui.*
7. *Dubitatio est syllogismus Dialecticus* $\alpha\acute{\nu}\lambda\ \Phi\acute{\alpha}\sigma\epsilon\omega\varsigma$.
8. *Echo est soni repercussio.*
9. *Corpus est materia & forma.*

10. *Hic*

10. *Hic morbus est mea mors.*
11. *Vestes sunt vir.*
12. *Mandatum meum est vita aeterna.*
13. *Ira est fervor sanguinis circa cor. &c.*

VI.

Respondeo 1. In omnibus allatis exemplis luculenter notatam esse modificationem Rhetoricam, non est, ut laboriosè ostendam. Fecit hoc abundè satis Goclenius ipse, ut videre est in disputatione. Ad quid autem hæc exemplorum messis? tam copiosa? Quid juvant Keckermanni copias? Quid fulcri afferunt, quæso, novo principio, quod Logodædalus fabricavit in officina recens in gratiam Cinglianorum erecta? Dari sc. prædicationes irregulares, quarum compositio tantum irregularis, manentibus interea terminis in propria ac nativa significatione. Hic laborare debuisses, Philosophe. Neq; hoc solum, verùm etiam clarè ac perspicuè ostendere exemplorum homogeneitatem, qua scilicet ratione accommodari possint prædicationi: *Hoc est corpus meum*, & qua ratione termini possint manere in nativa significatione, data prædicationis irregularitate, quod cum audaci tuo viro, Keckermannum puto, conaris *in instit. loc. sæpius citato*. Vides igitur te adhuc laterem lavisse, & inani strepitu contra muscas palæstram aperuisse.

2. *Inquies*: Disputo contra meum Adversarium. Is enim, *inquit*, irregularis prædicationis novum, & ante Bezã inauditum est dogma, & tantùm à Beza & Goclenio promulgatur, nullis rationibus & argumentis demonstratur. Nam quod Goclenius exempla quædam affert, in quibus illam esse ait, petitio principii est. Dubitatur enim, & quaeritur an in istis exemplis sit potius attributio impropria, quod ait Goclenius, quàm tropus, quod asserunt Rhetores, &c. At, ô bone, vix te teges hoc mantello, vix effugies,

fat scio. 1. Obstat scopus Adversarii tui, uti appellas, quando scil. ἐπερόδοξον vestrum novum & inauditum appellat. Quid hoc? 2. Obstat recta differendi ratio, quæ postulat, ut Medium, quo modo etiam instituat, indirectè saltem referatur ad finem principalem, ne πολυζήτησις & tædiosa quæstionum inutilium reiteratio oboriatur. *Qua de re consuli potest Polanus in methodo disp.* 3. Obstat disputationis titulus, quo Philosophico-Theologica, unà cum cæteris appellatur. Ecquomodo hunc tueri potis es, si duntaxat exempla allata urgeantur, pro defensione prædicationum irregularium. Non autem ad ζήτημα Theologicum, de quo maximè controvertitur. 4. Obstat disputationis finis. Scripta est in gratiam & usum studiosorum Theologiæ & Philosophiæ, ut habet titulus. Quid autem boni pariet studiosis tuis, quæso, per Deum, si non argumentorum nervi ad primam, quæ de re sacramentaria mota est, συζήτησιν tendant in primis? 5. Obstant ea, quæ de eodem argumento habentur, *in instit. log. p. 297.* Huc pertinent, *inquit pag. 300.* puta ad prædicationem propriam ratione λέξεως, impropriam autè ratione συνθέσεως: Forma est rei essentia, id est, est adæquata, & συνεκτική causa essentia. Vestis est vir, intellige αἰλιωτῶς, efficienter, pro facit virum, &c. Quid hîc effugii? 6. Obstat conclusio totius disputationis: Itaq; concludis, quædam sententiæ possunt esse impropriae ratione connexionis seu modi prædicandi, nec tamen tropicæ, hoc est, tropo aliquo Rhetorum affectæ. Quis hîc non observat totius disputationis metam? Gocleni, planè stupidus sit, necessum est, qui insulsum differendi genus circa prædicationes tuas non videat. 7. Obstat disputationis appendix, de prædicatione & analogia sacramentali, ut vel cæco appareat, totam tuam disputationem ad prædicationem sacramentalem modo Keckermanniano propositam ac definitam, tendere. Quorsum igitur exempla

empla peregrina? In quibus ipsemet notasti tropos? Et qui absq; insigni stupore negari non possunt.

VII.

1. *Ἀπόδειξις ἐστ.* Exempla à Goclenio magno numero *Error ἀλλοτρίου*
in medium allata modificatione tropica sunt affecta, ut cō- *τὸ ζήτημα.*
stat. Et quis inficiabitur, contra Goclenium etiam ipsum?
Ergo sunt heterogenea, nec principalem attingunt quæ-
stionem. Quæstio enim: an dētur prædicationes irregulares
logicæ, non tropo affectæ? Exempla verò sapiunt tropum.
Ubi hîc axioma: Quæstio & argumentum tertium homo-
genea sunt? Hoc cine est agere analyticum? *an verò committ-*
tere insignem errorem ἀλλοτρίου τὸ ζήτημα.

2. *Ἀπόδειξις ἐστ.* Ergo Goclenius probaturus proposi-
tiones irregulares logicas, aut tendit ad principalem dispu-
tationis scopum, qui est: *dari propositiones irregulares logicas, seu*
improprias, terminis nihilominus propriam ac nativam suam signi-
ficationem retinentibus, ut in secunda sectione dilucide ostendimus:
aut duntaxat improprietatem attributionis *καὶ σύνθεσιν*, ut ap-
pellat, ostendere satagit. Si prius: non agit Analyticum: Ha-
ctenus enim, ut dicebamus, medium non est conveniens
quæsito. Si posterius: non agit Dialecticum seu disputatorē.
Is enim indirectè saltem argumentis suis, ad genuinam ten-
dit metam. Sanè *Philosophus* disputans contra Melissum &
Parmenidem *καὶ δὲ χῶν* ejusmodi utitur argumentis, quæ
suam sententiam non infringunt, sed potius stabiliunt ac
confirmant. Tu verò in hujusmodi argumentis occupatus
es, quæ propriam sententiam tuam redarguunt. Quid hoc?
annón camarinam movere & proprio gladio se jugulare.

3. *Ἀπόδειξις ἐστ.* Goclenius probaturus propositiones
irregulares logicas, aut dicit eadem, quæ de hoc argumento
ex professo scripserat in institutionibus: aut diversa, hoc est:
aut eundem disputationis scopum observat, aut alium. Vel:

D 3

aut

aut probat irregulares prædicationes logicas, non $\lambda\acute{\epsilon}\xi\iota\nu$, sed $\sigma\acute{\upsilon}\nu\theta\epsilon\sigma\iota\nu$ implicite saltem: aut non probat, &c. Si prius: hærebit mehercule, nec poterit effugere censuram Analytices. Si posterius: postulabunt, quod suum est 1. Titulus. Ecquid Theologici promittis, negato eo, quod hodie in Theologorum schola de propositione impropria logica, nõ Rhetorica: Panis est corpus Christi, pro margarita pretiosa nuper inventa, venditare solent? 2. Studiosi, in quorum gratiam Theologicè philosopharis. Quid multum de illis blateras, quæ ne speciem quidem succi habent, unde appetitum, quem alibi irritasti, exaturare possunt? Quæ si quis sciat aut nesciat, nihil interest? 3. Et quomodo à cõtradictionis macula vindicabis, quæ eodẽ planè modo (ut sunt: forma est rei essentia: vestis est vir, intellige $\alpha\iota\pi\alpha\tau\omega\varsigma$, Vide institut. log. part. 2. pag. 300.) refers ad prædicationem irregularem, seu impropriam $\sigma\acute{\upsilon}\nu\theta\epsilon\sigma\iota\nu$, quam propriam ratione verborum asseris, pag. 297? Cui subjicis, ut exemplum homogeneum, propositionem: Hic panis est corpus meum, quam propriam $\lambda\acute{\epsilon}\xi\iota\nu$, impropriam $\sigma\acute{\upsilon}\nu\theta\epsilon\sigma\iota\nu$ asseris? Quomodo quæso evitabis $\alpha\acute{\upsilon}\lambda\iota\phi\alpha\sigma\iota\nu$?

4. *Ἀπόδειξις ἐστὶ*: Ergo philosophema Goclenianum in gratiam studiosorum Theologiæ & Philosophiæ tanto fervore agitatedum, relinquit Tropistarum phantasias in medio, quas alternis vicibus ex rationis amussi de sanctissimis S. Cœnæ verbis fabricârunt nasutuli: Nec Keckermanni prædicatio irregularis sacramentalis mystica, levissimum inde sperare potest subsidium. *Ἄστ*, Gocleni, quid aliud Keckermannus sibi pollicebatur, cum pulpita solus ascenderes, atq; *Ἐ* Præsidis *Ἐ* Respõdentis onus hac vice sufferre haud gravatus? Fefellit spes miserum! Et tu inani spe lactasti exercitatos, qui id ipsum attentis animis, & erectis auribus pruriebant: Objecisti interea glaucoma Pythagoricis tuis, quos autoritas tua exaturat.

rat. Misere me miserorum! Viden? Annón hæctenus disputatio secunda philosophico-Theol. in gratiam & usum studiosorum Theologiæ & Philosophiæ edita merum κρησφύγετον? Annón assertio irregularis, seu impropriæ prædicationis, seu attributionis inanis cantilena, cujus exempla, ut modò ostendimus, potissimùm sunt impertinentia?

5. Ἀπόδειξις est: Ergo peccas 1. *Errore cause finalis*. Non enim hisce exemplis attingis disputationis scopum, ut par erat. 2. *Errore ζητηµῶς*. Quia quæstionem nudius-tertius de propositionum improprietate logica exortam, neq; directè neq; indirectè, hæctenus arguis. 3. *Errore, quem ἀντιφασιν appellant*. Non enim potest, quin, si contuleris institutionum tuarum, de eodè argumento philosophemata, in contradictionis laqueis hæreas, ut lectori apparebit. Et quod omnium primum. 4. *Errore comparatorum*. Hæc enim omnia, si ad prædicationem sacramentalem: *Hoc est corpus meum, &c.* vis referre, eamq; simul, ut conaris cum Keckermanno tuo, ad pomæria logica trahere, seu hæreditatis ac patrimonii logici facere participem, quid aliud agis, quàm si quis cœlum & terram permiscere velit? Qua de re suo loco. Habemus igitur in allatis exemplis crudum ac præposterum differendi genus & inane κρησφύγετον.

Id quod erat demonstrandum.

SECTIO QUARTA.

DE EXEMPLIS GOELENIANIS, QUÆ DISPUTATIONIS scopum aliquo modo videntur attingere.

HAbuimus sub incude aliquot exempla Goeleniana, quæ ne speciem quidem concludendi habent, & præter rem cumulantur, si spectes genuinum disputationis scopum, ut par est, si spectes etiam analyticum differendi modum: potuisset hoc labore supersedere Goelen. Restant alia exami-

examinanda, quæ sunt majoris momenti. Videntur enim habere quid improprietatis καὶ σύνθεσιν, non autem καὶ λέξιν. Quæ hæc?

I.

Ita Goclenius: *Vtraq;*, inquit, *propositio in Mose: Anima est in sanguine, & anima est sanguis. Prior prædicatio est propria & simplex, aperta q;*, posterior est impropria & obscurior. Quia quod continet, de eo, quod continetur, directè dici non posse, docet Logica. Intellige propria & irregulari prædicatione. At in hac, anima est sanguis, qua cum Mosis sit, non est falsa, quod continet, Sanguis, recto non obliquo casu prædicatur de eo, quod continetur, de anima. Relinquitur igitur, ut sit impropria seu improprie enunciata. Idem judica de hac: *Vita bestia est sanguis, Ubi hinc tropus? Das Lebẽ eines unvernünftigen Thiers ist Blut.* Annon ubiq; est hinc propria significatio? Si dicas: hinc ponitur sanguis pro eo, quod est: *Continetur in sanguine: seu inest sanguini, una vox pro duabus vel tribus vocibus: seu vox pro complexo, & est metonymia vel synecdoche continentis pro contento, multi tibi repugnabunt Rhetores, & si cum acuto homine tibi disputandum hinc sit, ingredieris in labyrinthum, unde difficilior exitus, quem vitare potes impropria prædicatione logica, in qua ratio enunciandi recedit à regula.* Experto crede Rudolpho.

II.

Respondeo i. Antequam directè respondeam ad argumentum, placet sententiam Johannis Piscatoris adscribere, & de ea judicium Goclenii audire, quem alias fideliter ad absurda usq; sequi solet. Hoc exemplum (puta sanguis est anima) ut rectius possit judicari, inquit, in volum. disput. pag. 531. integrum locum adscribam. *Tantummodo persta, ait ibi Moses, ut non comedas ullum sanguinem, quia sanguis, cujus est, ejus anima. Ideo ne comedito ullius animam cum ipsius carne. Comparemus jam locum alterum, per quem Buscherus ipsi illum exponit, nempe Levit. 17. v. 11. Anima cujusq; carnis in sanguine est.* Hinc jam manifestum

festum fit, in priore loco Tropum esse in vocabulo ANIMÆ: quod per metonymiam adjuncti, ponitur pro sede seu vehiculo anima. Nam proprie loquendo sanguis non est ipsa anima, sed est illud, in quo est anima. Et quis harum rerum intelligens non agnoscit tropum in illis verbis Mosis, Ne comedito ullius animam, pro eo, quod est, sanguinem, qui est sedes animæ? Qua metonymia Virgilius quoque usus est, cum scribit: purpuream vomit ille animam. Iam si metonymia est in vocabulo anima, cum dicitur: Anima non est comedenda: sequitur, metonymiā quoque esse: sanguis est anima. Et paulo post 538. in illo pronunciato Mosis, metonymia adjuncti est in predicato, videlicet in vocabulo Anima: quo significatur ibi sedes animæ: Sensus enim illius pronuntiati est: sanguis est sedes animæ. Haftenus Piscator. *rectè notat.*
 Deserensne eum in hac analysi? A qua parum distat locus Epiphani, libr. 1. heres. 9. contra Samaritas. Convincuntur ipsi, *ad hunc Virgili loc.*
 inquit, undiquaque de resurrectione mortuorum, primū ex Abel, quod post mortem sanguis ejus Dominum alloquitur. Sanguis autem non anima est, sed in sanguine anima est, *Pierius in hieroglyphicis, quomodo igitur ex Virgili*
 & non dixit: Anima clamat ad me, ostendens, quod est spes resurrectionis corporum. Haftenus Epiphanius. Hanc analysin, si velis admittere, dices: Sanguis est anima, esse prædicationem metonymicam. Concludes etiam argumentum *mente potest hic esse tropus? aut etiam improprietas attributionis?*
 tuum omninò esse impertinens.

2. Ita Lambertus Daxeus in paratit. in August. ex libro contra Advers. Leg. & Prophet. pag. 643. lit. c. operum edit. anno 1583. fol. Animam a Mose sanguinem appellari significationis & symboli modo, non autem propriæ ipsius substantiæ ratione, quasi sit sanguis. Pulchrè hac de re differit Pierius Valerianus lib. 21. hieroglyph. 213. edit. Lugd. Ideò, inquit, veteri illo instituto libaminibus, quæ pro anima parabantur, sanguis apponebatur. Et Deut. 12. sanguinem hostiarum pro anima esse monet Moses, iccirco nō debere nos animam comedere cum carnibus. Passim verò in Levitico monemur, sanguinem

E

nem



nem non esse comedendum, quia uniuscujusq; carnis anima sit in sanguine. Sed præcipuè cap. 17. interminatur Deus exitium cuilibet, tam ex domo progenieq; Israël, quàm etiam hospitibus, &c. quem ea de causa datum eis asseverat, ut super altari per eum animas suas expiarent, essetq; ita sanguis animæ litatio, dum funderetur per altaris circuitū, & quod residuum esset, terra operiretur. Quod vero dicitur: Uniuscujusq; animam in sanguine ejus esse, nequaquam intelligendum est, *substantiam animæ esse sanguinem, ait Hesychius sed quod societatem cum carne per sanguinem habeat. Unde quidam sanguinem animæ vehiculum appellarunt.* Hactenus ille. Quid aliud inde concludis præter prædicationem impropriad Tropicam? Et argumentum tuum esse impertinens.

3. *Philippus Melancht. in egregio libello de anima, animam exponit vitam. Anima est in sanguine, inquit, hoc est: Vita est in sanguine. Sanguis enim est vehiculum vitæ. Huc pertinet locus Danaei lib. 2. phys. Christ. tract. 5. cap. 3. Dicta est anima*
ἄνθρωπος ἔσται ὡς ἄνεμος, id est, vento, quem tenuissimum ducit, qui respirat. Sed & Græci Philosophi ψυχὴν ἀπὸ τοῦ ψύχειν refrigerando vocârunt, quemadmodum interpretantur Philosophi Platonici. Unde Empedocles sensit, animalis animam esse, & proficisci ab externa respiratione propterea, quod vitam suam propriè præterq; Planetarum rationem animalia cōservant respirando, & sese refrigerando. Ex quo fit, ut Animal, Spiritus, Anima, & Respiratio apud Hebraeos, pro eodem saepe sumantur. Et quia interni caloris illius per universum animalis corpus diffusi, sedes est in sanguine, ideo dicitur animalium vita esse in ipsorum sanguine. Levit. 17. v. 14. At enim inquis. Vita bestię est sanguis: ubi hęc est Tropus? 1. Melancht. dicit: sanguinem esse vehiculum vitæ. Annõn hęc Tropus Metonymiæ? 2. Danaeus dicit: sanguinem sedem caloris vitalis per universum corpus diffusi: Annõn hęc Tropus Metonymiæ? 3. Philosophi
Anima & Vita Hebraeis sunt idem, inquit Philippus. Sic anima Hebraorū more homines viventes significat. Vide Vesthamerum in phrasologia Theologica cap. 11. 12. Flac. Illy. ic. in clavis script. &c.
 natu-

naturales dicunt: sanguinem esse alimentum Spirituum vitalium, &c. Annón híc Tropus Metonymiæ?

4. *Franciscus Vallesius in sacra sua Philosophia cap. 5. ad cap. 9. Genes. Omne quod movetur, &c. Levit. 17. egregie hac de re disserit. Urget autem in primis metaphoram sive analogiam. Quin potius, inquit, videtur ipse sanguis animæ proprias operationes operari, esseq; velut aliã quædam anima corporalis & manifesta, exprimens suis actionibus illam primam & veram animam, quæ per se est nobis incognoscibilis, &c. Hætenus ille, cui adjungi potest Basilius Magnus.*

5. En igitur in propositione: Sanguis est anima: Et: Vita est sanguis: Tropum. 1. ex sententia Piscatoris. 2. Danaei. 3. Melanchthonis. 4. Pierii. 5. Vallesii, aliorumq; multorum, quos, si necessitas postulaverit, recensere haud pigebit. E quo modo jam consistere potest conclusio tua: Dari propositionem irregularem logicam, non tamen tropo affectam, ut: Sanguis est anima; Vita est sanguis: Et applicatio tua: in propositione sacramentali: Panis est corpus Christi, esse improprietatem seu irregularitatem attributionis, non λέξεως? Et argumenta tua? quæ quid possint videbimus; sunt enim ridicula.

6. *I. Inquis: multi tibi repugnabunt Rhetores. Inquam ego. Quibus autem rationibus? Et qui sunt illi? profer in campum, ut vires experiantur suas. II. Inquis: Si cum acuto homine tibi disputandum híc sit, ingredieris in Labyrinthum, unde difficilior exitus. Inquam ego: Quem minaris acutum? Quem Labyrinthum? ostende, ut Ariadnen ac Sphingem consulam. III. Inquis: Quem vitare potes impropria prædicatione logica, in qua ratio enunciandi recedit à regula. Scilicet juxta proverbium! Incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdin. Pol egregium inventũ! Philon putavit, animam esse ipsum sanguinem (cujus sententia fuerunt inter*



Philosophos nonnulli, ut Critias, referente Arist. 1. de anima, & Greg. Reischig. 10. lib. an. tract. 1. cap. 1. Margar. S. Dionysio Cartbus. 1. tom. summ. fidei orth. &c. Idq; collegit ex verbis Levit. 17. cui si responderis: Esse impropiam prædicationem logicam, in qua ratio enunciandi recedat à regula, acquiescet ne, & an non jure postulabit rationem enunciationis impropiæ? Dic, quæso, ubi eam invenire potis es, posthabita troporū doctrina? impossibile tibi erit accuratam hujus loci analysin exhibere. Et quo demum argumento te pallias? IV. Inquis: Experto crede Rodolpho. Crederem utiq; nisi veritas obstaret, & ridiculum tuum, quod simile est huic Poëtico.

-----Barbatum hoc crede Magistrum Dicere.

III.

Pergis: Flammæ in ore Apostolorum erant Spiritus sanctus, inquit Melanchthon, figurata est prædicatio, id est, impropria. Neque enim tropus est in voce Flammæ, neq; in voce Ore, neq; Apostolorū, neq; Erant, neq; Spiritus sanctus, sed quia oratio seu enunciatio est impropria, id est, irregularis synthesi, pro hac regulari & propria, cum illa re visibili verè aderat Spiritus sanctus lib. 1. Dial. pag. 20. Neq; verò aliquid virium habet objectio: congruit cum propria & regulari diancæ. Ergo est simpliciter regularis & propria. Etsi enim congruat cum regulari & propria in hermeneia, id est, interpretatione, tamen non in synthesi, hoc est, compositione: quæ impropria est.

IV.

Respondeo. 1. Quid Buscherus, aliiq; de prædicationibus hujus generis scribant, jam non disquiro. Ego enim citra jacturam veritatis orthodoxæ, ut paulò post notabo, in hac prædicatione: Flammæ in ore Apostolorum erant Spiritus sanctus, Tropum omninò concedo, atq; propterea nullam esse consequentiam in argumento Goclenii assero. Ecquomodo enim procedit argumentatio: Flammæ in ore Apostolorum erant Spiritus sanctus, figurata est prædicatio, id est, impro-

impropria. Ergo non est tropica? Ergo dari possunt prädicationes impropriae, non tropo affectae? Quin imò contrarium sequitur: figurata est prädicatione. Ergo est tropica. *Error igitur ὡς ἐπὶ τὸ ἐπιμελεῖσθαι.*

2. Audi resolutionis hujus assertores. *Ita enim Chrys. Graec. Ecclesiae lumen hom. 4. in acta Apostol. cap. 2. pag. 25. edit. Antwerp. anno 1550. super illa verba, & visae sunt illis dispersitae linguae, velut igneae. Rectè ubiq; additum est Velut, ne quid sensibile de Spiritu suspicareris. Velut igneae, inquit, & velut flatus. Non enim vêtus erat simpliciter per aërem diffusus. Actum cum Johanni deberet innotescere, Spiritus velut columbae specie in caput Christi venit. Nunc vero cum tota multitudo esset convertenda ad fidem, venit in specie ignis.*

Ita Oecumenius in enarratione sanctorum ad caput. 2. Act. Apost. pag. 12. edit. Paris. anno 1545. Benè, inquit, in his omnibus locutus est per similitudinem, ὡς πῆρ, id est, tanquam & ὡς ἐν πύρρ, id est, in modum ignis: ne sensibile quippiam de Spiritu existimetur.

*Ita Des. Erasmus in paraph. tom. 1. pag. 144r. Apparuerunt linguae, velut ignea specie sese in singulos discipulos disperientes: atq; ut intelligamus, donum hoc fore perpetuum, unicuiq; capiti aliquandiu insidentes. Idem Spiritus afflavit omnium animos: idem ignis accendit omnium pectus ac linguam. Nec mora, VISIBILE SIGNUM vis doni caelestis est consecuta. Quo signo, inquit Rupertus Abbas Tuitiensis, libr. 10. de divinis offic. cap. 15. & 16. magnificè nobis Spiritus sancti commendatur operatio. Spiritus enim coaeternus Patri & Floruit tē-
Filio per linguam, quae maximam habet cognationem cum pore Bern-
verbo, non solum hoc expressit, quod ejusdem sit substantie hardi ante
cum eodem Dei verbo, sed & hoc, quod per ipsum Deus pa- annos 500.
ter suum nobis eloquatur verbum, &c. Ex quibus constat*

E 3 prædi-



prædicationem: Lingue in ore Apostolorum erant Spiritus sanctus, esse metonymicam. Quid enim aliud signum ac signatum?

3. Audi prædicationis: Columba est Spiritus sanctus, resolutionem. Hæc enim ejusdem est farina.

Ita Euthymius in Matt. c. 3. pag. 18. edit. Paris. anno 62. Spiritus sanctus, inquit, super eum descendit in specie columbæ. Hoc enim animal in multis Spiritum sanctum imitatur. Siquidem homini amicum est: nec facile irritatur ad iram: pullis quoque privatum patienter sustinet, neque minus ad eos, qui se privaverunt, accedit: mundissimum etiam est, & bono gaudet odore, &c. Quasi columba, notat Theophyl. in Matth. p. 7. edit. Basil. anno 27. propter innocentiam & mansuetudinem, & quod mundissima sit columba, & ubi fætor est, non maneat ibi, sic & Spiritus sanctus, &c. Spiritus quare in specie columbæ apparet? querit Epiphanius tom. 1. lib. 2. heres. 42. contra Sabellianos pag. 242. edit. Basil. Nimirum quo persuaderet te tibi ipsi sapientiam arrogantem, ac nihil scientem, ut ne malediceres, &c. Vide Rupertum lib. 3. de glor. & honore filii hominis cap. 3. p. 48.

Ita Calvinus tuus in 1. Corint. 11. Cur appellatio corporis tribuitur pani? omnes puto concedent eadem ratione, qua Spiritum sanctum Johannes columbam vocat. Porro in Spiritu ista fuit ratio, quod sub columbæ specie apparuerat. Transfertur ergo Spiritus nomen ad signum visibile. Sic & nomen corporis pani tribuitur, quia ejus est signum aut symbolum. Et Johannes Piscator in Respons. ad Elench. Busch. c. 14. volum. th. Theol. p. 535. 536. Vocabulum Spiritus, inquit, in sententia antecedente metonymicè significat signum sive symbolum Spiritus, videlicet columbam illam. Vide pag. 540.

4. *Ita Pareus in contro. de sacra Cæna pag. 77. libr. 2. cap. 10. Columba est Spiritus sanctus, id est, symbolum Spiritus sancti:*

sancti: lib. 3. cap. 9. pag. 133. Sic etiam Augustinus, inquit, in Psal. 130. metonymiam hanc exponit: Columba significabat Sp. sanctum. Quo pertinet. I. Disjunctum, quo aliàs uno ore, & communi applausu utebantur: Quando disparatum prædicatur de disparato, aut est prædicatio falsa aut impropria seu tropica. Vide Paræum in citata controvers. Bezarum in Creophag. Pezel. de sacr. Cæna, &c. 2. Axioma: Continens & contentum non possunt de se invicem prædicari in casu recto: vel, signatum de signo prædicatur metonymicè. Vide Timpler. in Metaphysicis.

5. At inquis, I. Tropus non est in voce flamma, neq; in voce ore, neq; Apostolorum, neq; erant, neq; Spiritus sanctus: RESPONDEO. I. Unde probas? Unde probas, in vocabulo (Spiritus) non esse tropum? petis principium. II. Obstant testimonia, quæ allata sunt in medium, in quorum analysi tropus est manifestissimus, & si me contrarium edocueris, herbam accipies. III. Et annon est perspicuus Augustinus in Psalm. 130. citatus à Paræo?

2. Inquis: Interim tamen Spiritus sanctus reverà aderat in specie flammarum ac columba: Et vox Spiritus in allata prædicatione nativam ac propriam suam significationem retinet. RESPONDEO. I. Omninò revera aderat Sp. sanctus in specie flammarum ac columbæ. Ac proinde sic prædicatur de illis Sp. sanctus Metonymicè, ut sit sensus. Columba est Spiritus sanctus, hoc est, est symbolum verè præsentis Sp. sancti. Neq; quicumquam putabit, sensum absolutum ac relativum per oppositionem se tollere invicem ablatione reali, Quæ de re videri potest conspicillum Bezarum pag. 23. 26. II. Quin-imò hoc argumento tota troporum natura evertitur. Sic: fasces sunt imperiū, toga est pax, &c. quamvis in hisce absoluta significatio semper remaneat, nunquam aboleatur, exinde tamen si quis modificationem Rhetoricam velit exterminare, excipere-

tur

tur mehercule à Ciceronis aut Quintiliani familia flagris.
Nec immeritò! Annón?

3. Inquis: *Sequeretur inde, panem in sacra Eucharistia esse signum corporis.* RESPONDEO. Ita est! At distinguas velim inter signum significativum & exhibitivum. *Ita enim D. Herbrandus in Compend. pag. 582.* Verum est, *inquit*, Patres & hac orationis forma & aliis usos, ut quod panem & vinum corporis & sanguinis Christi symbola, signa, figuram, *αὐτίκων* vocaverunt. Sed his loquendi formulis nequaquam corporis Christi præsentiam è Cœna tollere propositum habuerunt. Nam diligenter inter signum & signatum discernere voluerunt. Nec tantum sacramenta signa significativa, sed etiam exhibitiva esse senserunt. *Vide D. Hunn. de sacra Cœna, & Dn. Chemn. in fundamentis.*

4. Inquis: *Sequeretur inde inter panem & corpus Christi esse unionem Relativam, qualis est inter signum & signatum, qua unitorum non necessario requiritur realis conjunctio, ut philosophatur Keckerm. lib. 1. syst. log. cap. 12.* RESPONDEO. Imò contrarium sequitur: Qualis enim est unio flammæ, ut & columbæ cum Spiritu sancto, talis etiam est unio inter panem & corpus Christi, ritè tamen observato collationis tertio. Atqui unio inter flammæ, & Spiritum sanctum non tantum est relativa, qua absentia etiam invicem relativè combinantur, sed realis, hoc est: sub specie flammæ ac columbæ revera erat Spiritus sanctus. Ergo, &c. *Rectissime D. Hunn. p. m. pag. 360. de sacra Cœna.* Verè, *inquit*, affirmare possumus, Spiritum sanctum descendere sub specie columbæ, conferri Apostolis Joh. 20. sub sensibili afflatu, manifestari in die Pentecostes sub flammis igneis. His inquam omnibus non ostenditur aliqua localis inclusio, quasi Spiritus sanctus sub columbæ, flatu ac flammulis sit inclusione quadam locali, sed describitur in hisce exemplis realis quædam præsentia atque
conjun-

conjunctio supernaturalis, quæ omnem localitatem cæteraq; absurditatum monstra respuit. Sic igitur & Christi corpus in pane esse dicitur, sine omni prorsus inclusione locali, sub pane, sine omni prorsus physica delitescencia, non autē sine vera & reali cum pane conjunctione, &c.

5. Inquis: *Sequeretur, predicationem, panis est corpus Christi, esse metonymicam, quod omnibus modis à sano mysteriorum Antistite negatur.* RESPONDEO. I. Error comparatorum. Eo usq; enim propositiones: Flammæ in ore Apostolorum erāt Spiritus sanctus. Et, Columba est Spiritus sanctus, non esse trahendas exactè nôrit, cui sunt cordi sequentes aphorismi. 1. Sacramentum Cœnæ Dominicæ esse mysterium. 2. Judicandum ex propriis ac genuinis principiis, quæ suppeditat locus argumentorum simplicium. 3. Illustrandum orthodoxæ vetustatis testimonio, quod quàm luculentum? quàm clarum, quàm robustum pro reali præsentia corporis ac sanguinis Christi in sanctissima Eucharistia? Pudeat adversarios sui, quando ad præsentiam suam relativam clarissima quæque trahunt, qua de re suo loco copiosius ac nervosius docebimus. 4. Itaq; propositionem: Panis est corpus Christi, correspondere unioni, adeoq; rebus unitis, scilicet rei terrenæ ac cœlesti, *juxta Irenæum libr. 4. cap. 34. & libr. 5. cap. 6.* 5. Itaq; propositionem: Flammæ in ore Apostolorum, &c. (& quæ sunt aliæ hoc genus) non ultra collationis terminos urgendam. Et hæc de dato exemplo sufficient.

V.

Pergis: *Crassius aliqui dicunt: vulnus est dilacerata pars in corpore: peccatum est vitiosa & aberrans actio. Quid hic aliud dicit Melancthon, quàm has predicationes esse improprias, ideoq; in has proprias & formales esse commutandas: Peccatum est actionis vitium seu aberratio, vulnus est dilaceratio partis?*

Similiter Logica docet, hanc enunciationem, Germani sunt bibli,

F

buli,

buli, vel Cretenses sunt mendaces, esse Crypticam signi, propriam quidem, sed cum moderatione, seu limitate, seu particulariter intelligendam: An hic sit propriæ significationis voci aliqua mutatio, tropus synecdoche de eo nihil agit. Mihi sanè nullus est hic tropus, quia nulla vocis significatus nativi mutatio.

VI.

RESPONDEO. I. Gravis est disputatio de natura peccati, an sit pura-puta privatio, an vero aliquid habeat positivi? qua de re Scholastici Dd. in utramq; partem varia scripsere, quæ recensere nostri jam non est instituti. Legi possunt Durand. in 2. dist. 34. q. 1. Cajet. de Ente & Ess. Thom. 1 p. q. 28. art. 2. Dionys. Carthus. in sum. doct. Orth. & c. Vegver. in inst. Theolog. Quid ergo Goclenius? Prædicationem: peccatum est vitiosa & aberrans actio, impropriad esse illicò concludere licet? Quod sanè est petere principium & quæstiones accumulare.

2. Nota est sententia Theologorum, qua contra Pontificios ex scripturæ divinæ fundamentis disputant, peccatum non esse puram-putam privationem, sed potius privativum habitum, seu non esse *εἰσὼδὸς* ens rationis tantū, sed habere quid actualitatis. Adscribam locum ex Scaligeri exerc. 18. Privatio, inquit, videtur habere entis cujuscumque rationem. Idem enim quodammodo cum eo esse habitu, qui contrarius est ei habitui, cujus est privatio, sentit Philosophus. Quia cæcus habitum, quendam habet, propter quem cæcus est, qui visionis habitui contrarius est, atq; iccirco privatio. Acutissimè. Atq; hoc modo dicitur in quinto privationem esse habitum quendam, & c.

3. Inquis: Olet hoc Manichæismum & Flaccianismū. Ne minimum, inquam ego. In peccato enim duo sunt consideranda, i. subjectum, in quo hæret peccatum, ut est natura vel substantia, vel ipsa actio, quatenus est motus quidam, cui annexus est defectus: & has res conditas à Deo sustentari &

ri &

ri & vivificari à Deo nullum est dubium. 2. consideranda est conturbatio seu confusio ordinis divini, id est, defectus seu privatio, quæ vel hæret in substantia, & annexa est actioni, & ille defectus propriè est peccatum. *Dn. Chemnit. in loc. commun. part. 1. pag. 347.* Audis, quo modo peccatum actionis nomine veniat, & quo non veniat. *Adde Zanch. tom. 4. Operum Theol. lib. 1. cap. 2. pag. 6. & seq. Dana. tractat. de orat. Dom. cap. 16. p. 609. Operum Theol. & Georg. Sobn. in Exeg. August. Confess. art. de peccato, & c. Adde locum ex Arist. 3. Ethic. cap. 1. & 3. Magn. mor. cap. 1.* sumitur ibi vocabulum ACTIONIS pro $\omega\epsilon\gamma\gamma\epsilon\iota$, id est, operatione ex habitu virtutis aut *vitii moralis*. Constat inde, quæ ratione peccatum actio appellari possit. Quis hîc in prædicatione, peccatum est aberrans actio, notare potest improprietatem $\tau\epsilon\ \sigma\acute{\upsilon}\nu\theta\epsilon\sigma\iota\nu$, aut $\tau\epsilon\ \lambda\acute{\epsilon}\xi\iota\nu$?

4. De prædicatione: Vulnus est dilacerata pars in corpore, nota, 1. Vocabulum partis esse Polysemon, & significare interdum partem abscissam, quæ non nisi æquivocè pars dici debet, *ut docet eruditè Andr. Laur. in opere Anat. l. 1. c. 17.* Quis autem in prædicatione, ubi homonymum vocabulû, fundatâ inveniet tuam, quam jactas, irregularitatem logicâ? oportet ut hoc ostendatur. 2. Aut quando subjectum prædicatur de accidēte synonymicè & in casu recto, annón gignit nobis prædicationē metonymicâ? Ita igitur vulnus (ut $\pi\acute{\omega}\delta$ & privativû) accidit in parte corporis (ut subjecto) hîc si velis negare trāslationē Rhetoricā, ineptus habere necessû est.

5. In prædicationibus: Germani sunt bibuli, Cretenses sunt mendaces, negas omninò tropum, statuis autem improprietatem logicam. Miror! 1. Evidentissima enim est synecdoche totius pro parte. Quid enim? vox (Germani) annón propriè significat omnes Germaniæ incolas? Volve ac revolve lexicographorum monumenta, & nullam aliam significationem propriam, sat scio, invenies. Quando autē

totum ponitur, & totius aliquot intelliguntur partes, seu quando vox totum propriè significans ad particularem restringitur sensum, quis unquam de synecdoche dubitare ausus? 2. Et quomodo quæso enunciato indefinito palliabis propositionem seu prædicationem tuam irregularem logicam? Et, quod omnium primum, crudam & insulsam applicationem ad negotium Eucharisticum? Collige jam apodixes, quas affatim analyses nostræ suggerunt.

VII.

1. *Ἀπόδειξις est*: Melanchthon prædicationem, Flammæ in ore Apostolorum erant Spiritus sanctus, vocat FIGURATAM. Ergo in ea notari vult Tropum. Quid enim Melanchthoni prædicatio figurata sit, notissimum est, ut temerarium hac de re scrupulosius inquirere. Ergo Goclenius pro irregulari logica abutitur Melanchth. testimonio, quod est *committere errorem Testimonii seu Argumenti inartificialis*.

2. *Ἀπόδειξις est*: Erasmus tom. 1. paraph. pag. 1441. in propositione, Flammæ in ore Apostolorum, & c. flammæ appellat visibile signum, cuius rationem Rupertus libr. 10. de divin. offic. cap. 16. ostendit in operationibus Spiritus sancti. Chryf. hom. 4. in acta in vocabulo velut. Oecum. in enarrat. sanct. vet. ad c. 2. act. ὡς εἰ πῦρ ὡς in modum ignis. Ergo, ex horum sententia, propositio, Flammæ in ore Apostolorum erant Sp. sanctus, est tropica. Cuicunq; enim propria competunt requisita, cave eidem detrahas rem ipsam. Ergo Goclenius, acceptis hisce requisitis, quæ Erasmus, Rupertus, Chryf. Oecum. adeoq; ipsissima veritas suggerunt, falsò negabit tropum, quod esset *committere errorem oppositionis*.

3. *Ἀπόδειξις est*: In prædicatione; Columba est Spiritus sanctus, notatur tropus à Chrysof. hom. 4. in act. explicatur ac declaratur à Theoph. in Matth. pag. 6. Epiphani. tom. 1. libr. 2. hæres. 42. Eutym.

Eutym. in cap. 3. Matth. Rupert. lib. 3. de glor. & hon. filii hom. cap. 3. ac fuse defenditur à Piscatore in Respons. ad Elench. Busch. cap. 14. adeoq; Paræo (quem magni æstimat Goclenius) de sacra Cæna pag. 77. libr. 2. cap. 10. & lib. 3. cap. 9. ex Augustin. in Psalm. 130. Et Calvino ipso in 1. Corinth. 11. Ergo in prædicatione, Flammæ in ore Apostolorum erant Sp. ex horum sententia, tropus negari non debet, 1. quia ut paria junguntur à Chrysostomo loco citato. 2. ut paria defenduntur à Piscatore. 3. Et nulla disparitatis ratio monstrari potest. Ergo si Goclenius in prædicatione, Columba est Spiritus sanctus, velit concedere tropum, (quod nolens-volens facere debet) Ecquomodo eundem in pari propositione negabit? Quod esset committere errorem imparium.

4. *Απόδειξις* est: Goclenius probaturus non esse tropum in prædicatione, flammæ in ore Apostolorum erant Spiritus sanctus, ita progreditur: Non enim, *inquit*, tropus est in voce, *flammæ*, neq; in voce, *in ore*, neq; in voce *erant*, & sic deinceps. Ergo Goclenius probatione sua petit principium, seu, quod in quæstione sumit pro tertio argumento. Judica: si quis ex me quæreret in prædicatione, Herodes est vulpes, Estne tropus? responderem Ego: Non est, quæ sic? quia non est tropus in voce Herodes, neq; in voce *Est*, neq; in voce vulpes. Quid agerem? quid responderem? *annón*, audirem merito? Quid respondes *insulse*? quid *ζητέμην* recoquis? quid quod de vocabulis hisce quæritur, in responsione resumis? *Quod est committere errorem & ζητέμην & petere principium.*

5. *Απόδειξις* est: In prædicatione; Flammæ in ore Apostolorum erant Spiritus sanctus, &c. non est pura-puta *ἁέσις* signi & signati, sed realis conjunctio, realis unio subjecti & prædicati. Cum illa enim re visibili verè aderat Spiritus sanctus, *monet Goclenius ex Philippo lib. 1. Dial. cap. 20.* Describitur ibi realis quædam præsentia, *D. Hun. de sacr. Cæn. pag. 368.* Ergo

hæc prædicatio impertinens est ad declarandam unionem relativam, quæ consistit in analogia intercedente inter signa & res signatas, ut traditur in disput. append. th. 5. quæ est unio tantum significationis & confirmationis, Keckerman. syst. Theol. pag. 443. non autem realis præsentia, Keckerm. in syst. log. lib. 1. cap. 12. ex Beza, Paræo, Zanchio, & consortibus. Ubi enim hic συνέχεται? Quod est committere errorem ἀπὸ τοῦ ἀίτιον.

6. Ἀπόδειξις est: In prædicatione: Flammæ in ore Apostolorum erant Spiritus sanctus, &c. non fundatur tantum significatio ἁερικὴ seu ἔνωσις relativa, sed etiam realis exhibitio, δόσις. Revera enim, ut dicebamus, Spiritus sanctus cum flammis (ceu signo visibili) unitus exhibebatur in festo Pentecostes discipulis, non in nudo signo, non in pura-puta significatione. Ergo in prædicatione: panis est corpus Christi, hætenus nuda significatio, & respectiva, seu significativa corporis Christi præsentia probari nequit. Quin-potius, ut comparationis nervus subsistat, realis corporis Christi præsentia, & sacramentalis corporis cum pane, signo exhibitivo, exhibitio, quam Calvinus ipse (insidiosè tamen) ex comparationis tertio elicit super 1. ad Cor. 11. Longissimè autem distat Goclenius. Quod est committere errorem comparatorum.

7. Ἀπόδειξις est: In prædicatione: Sanguis est anima, metonymia clara est, quam notat Epiphanius tom. 1. lib. 1. heres. 9. Pier. Valerianus libr. 21. hieroglyph. Lambert. Dan. in paratit. in August. ex lib. contra advers. legis & Prophet. & Piscator in volum. thes. Theol. pag. 531. Ergo prædicatio: sanguis est anima, inepta est, ut ex ea possit probari prædicatio irregularis logica, quam, ut paulò post ostendemus, anile figmentum & novum rei sacramentariæ esse κενὸν φῦλον, quivis cordatus facilè intelligit. Ubi hæc quæstionis & mediæ coherentia? Quod est committere errorem ἑνταυθὺς.

8. Ἀπόδειξις est: Melanchthon, quem patronum irregulari-

gularium prædicationum logicarum sibi elegit Goclenius, afferit animã hoc in loco significare vitam, in libello de anima, astipulatur Dan. lib. 2. phys. Christ. tract. 5. c. 3. ut sensus sit: Vita est in sanguine, καὶ ἐξοχὴν, ut observare est apud Vallesium in sacra Philosophia. Unde sanguis vocatur vehiculum vitæ. Ergo ex sententia Melanchthonis prædicatio, sanguis est anima, est tropica. Ut nihil jam dicam de analysi Vallesii in S. philos. cap. 9. Nihil etiam de argumentis Goclenii (Et quid appello argumenta? quæ mediis-fidiis nihil imò plusquam nihil sunt) quæ, ut digna erant, sibi excipi thes. 2. aphor. 6. Agam breviter, & omnia ad disputationis scopum referam.

9. Ἀπόδειξις est: Omnia exempla, quæ à Goclenio proferuntur, aut luculentum habent tropum: Et hætenus sunt ἀπεροδιόνοια: aut luculentam habent proprietatem τῆς σύνθεσις. Et hætenus nihil omninò cōcludunt: Et, in quo cardo rei vertitur, ne probabiliter quidem impropriatē logicam τῆς σύνθεσις à Keckermanno & Goclenio definitam de propositione, panis est corpus Christi, ostendunt. Ergo hætenus Goclenius laboravit in-cassum, & exemplis suis inane quæsitivum Sacramentarium turbæ asylum.

Id quod erat demonstrandum.

SECTIO QUINTA.

DE ARGUMENTIS GOCLENIANIS, QUIBVS IRREGULAREM SUAM LOGICAM CONATUR PALLIARE.

SUPERsunt paucula sparsim tradita à Goclenio, quæ videtur ἐπερόδοξον de propositione irregulari logica palliare: quæ coronidis loco perstringemus breviter. Cordato enim hic paucula sufficere possunt.

I.

I. Profert auctoritatem Melanchthonis.

Ita concludit: Melanchthoni est aliqua prædicatio regularis.

Ergo

Ergo & irregularis. Si hæc, Herodes est similis vulpi, vel astutus est instar vulpis, seu est vulpino præditus ingenio, Regularis est logica. Hæc, Herodes est vulpes, irregularis erit logica, id est, in ea vulpes non predicabitur regulariter de Herode. At prius. Ergo & posterius. p. 2.

Melanchthon istam, Tyrannus est lupo, in hanc regularem commutat: Tyrannus est similis lupo. Prior igitur ei irregularis, p. 9.

II.

RESPONDEO I. Nihil ad Rhombum! Quid enim Melanchthoni sit prædicatio irregularis, ipsemet subjungit, quando dicit: prædicationem esse vel regularem vel figuratam. En figuratam opponit Regulari, eamq; hoc nomine potuisset irregularem vocare. Id quod ex Melanchth. tu ipse concludis: si hæc, Herodes est similis vulpi, Regularis est logica: hæc, Herodes est vulpes, irregularis erit logica: Et Melanchthon istam, Tyrannus est lupo, in hanc regularem commutat: Tyrannus est similis lupo. Prior igitur ei irregularis. Dic vero, quomodo hæc cum quæstione cohærent, qua quæritur, an detur propositio irregularis logica, cujus termini, puta subjectum & prædicatum, nativam suam significationem retineant, *ut desiris eam in instit. log. loc. aliquoties citato? Porro dic mihi quæso, quomodo hæc applicationem vestram attingunt, qua statuitis: prædicationem, panis est corpus Christi, esse irregularem logicam, esse impropram ratione attributionis, propriam ratione λέξεως: singulas enim voces propriam suam significationem retinere? Proba mihi ex Melanchthone (si autoritate in hac causa pugnandum) aphorismos tuos instit. log. pag. 297. I. propriam ratione verborum est, cujus verba in nativa significatione accipiuntur. Itaq; non habent tropum elocutionis Rhetoricæ, ut: Hic panis est corpus meum. Hic neq; in voce panis, neq; in verbo est, neq; in voce Corpus tropus est, &c. II. Impropria τῆ συνθεσιν, id est, ratione compositionis logicæ est, in qua attributum antecedenti irregulariter & indirectè*

directè attribuitur, ut: Arca est Jehova, septem illæ vaccæ & septem illæ spicæ sunt septem anni, circumcisio est fœdus, panis est corpus Domini, &c. III. Cū, verbi causâ, quæritur, quo sensu panis ille dicatur verum istud Christi corpus, in ea consideratione jam non absolutè & per se, sed relatè (ad panem) vox corporis spectatur. Cumque disparatum non possit propriè seu regulariter affirmari de disparato, necesse est dici, esse attributionem impropriad, indirectam & irregularem, eo improprietatis, anomalias & irregularitatis genere, quo signum dicitur res significata, sive de fundamento ipso dicitur relationis terminus, idq; eo, quod hæc unum sit *quæritur* & conjunctione sacramentali. Oportet, Gocleni, ut hæc, de prædicatione tua irregulari, ex Melanchthone probes: quod tamen in æternum non poteris. Secus frustra laborabis, & committes errorem Testimonii.

III.

2. Profert authoritatem Augustini Hunnæi.

Impropriad, inquit, prædicationem & irregularem logicam docuerunt ante me & Beza nobiles numeroq; non parvo Logici, eandemq; etiamnum docent, &c. ut Augustinus Hunnæus in generalibus logica præceptis. p. 2.

Logici, antequam quicquam de hoc genere enunciatorum Beza vel Goclenius, impropriad & irregulari prædicationi subjecerunt causalem prædicationem eam, quæ (ut descripsit Augustinus Hunnæus ante annos plus minus 50.) est enunciatio falsa, si sermonis spectetur proprietas, at vera tamè judicatur, quod unum extremum alteri, ad ejus causam designandam, non repugnante loquendi consuetudine, jungatur. p. 8.

Hunnæus, qui præcepta Aristotelis, Melanchthonis, & Scholasticorum conjungit utilissimè, vocat prædicationem per concomitantiam, id est, connexionem seu con-

G

jun-



junctionem, enunciationem, quæ secundum proprietatem sermonis quidē falsa est, habetur tamen vera, quia res significata per unum extremum, denotatur cum re significata per alterum extremum simul existere.

IV.

RESPONDEO. Neq; hīc multum efficies, sexcenties etiā allegatā authoritate Hunnæi. I. Hunnæus non appellat prædicationem impropriam seu irregularem, *ut allegatur à Goclenio lib. 2. instit. Log. pag. 64.* Non possum, inquit, quin huc ascribam doctissimi Logici Aristotelici Augustini Hunnæi *Ἰδρύματα ex lib. 1. Logicae ejus edita primū anno 1565. pag. 48.* de impropriis prædicationibus. Ea enim dictis lucem afferunt aliquam & authoritatem. Improperia prædicatio est causalis vel per concomitantiam. Non ita Hunnæus: Non facit mentionem impropriarum prædicationum, quo nomine gaudes admodum. Ita inquit pagina 58. *edit. Colon. anno. 1565. in appendice ad prædicationes: Prædicatio est causalis & per concomitantiam.* 2. Hunnæus eo fine non proponit prædicationem causalem, ut velit eam omninò segregare ac sejungere à prædicatione figurata, asserendo impropriam eā esse *ἢ σύνθεσιν, non ἢ λέξιν.* Obstant enim exempla quibus utitur: ira est fervor sanguinis circa cor, &c. in quibus tropum negare vix audeat Goclenius; quod aliquoties concessit, ut supra ostendimus. II. Obstat etiam definitio causalis prædicationis: Causalis, inquit, prædicatio, quæ secundum sermonis proprietatem est falsa, &c. Audi, si est falsa secundum sermonis proprietatem, erit vera ex contrario sensu per sermonis improprietatem. Ubi autem sermonis improprietas, negabis-ne ibi tropum? Ubi tropus, negabis ne ibi prædicationem figuratam tropicam? III. Hunnæus itaq; illis non est contrarius, qui prædicationes causales, vel per concomitantiam ad figuratas retulere. I. quia eas in prædicationum

tionum serie peculiari sede non proposuit: quod omninò fieri oportuisset, si essent singulare prædicationum genus à cæteris distinctum. 2. quia eas appendicis loco in gratiam Logices studiosorum addidit. Eò tendit Hunnæus. Quo jure igitur Hunnæum, quem tantopere commendas, ad irregularitatem prædicationis tuæ impropriæ trahis? quam quo animo, quo fine in Theologico-Philosophicis defendendam susceperis, scimus ad-unguem. Quod, annon committere errorem Testimonii? Et crimen falsi?

V.

4. *Profert auctoritatem Theolog. Tubingensium.*

Proprietatem, inquit, & improprietatem non tantum esse significationis, sed etiam prædicationis urgent maxime Theologi Wirtenbergenses seu Tubingenses cap. 7. de prædicatione sacramentali pag. 447. his verbis: & proprie negatur de pane, non quo-ad significationem, sed quo-ad prædicationem. Et pag. 445. Ingens discrimen est inter significationem propriam vocabulorum subjecti & prædicati, & inter prædicationem propriam; Etsi vocabula singula in verbis Christi, Hoc est corpus meum, in propria & naturali sua significatione sumantur, prædicatio tamen non est juxta prædicati & subjecti proprietatem.

VI.

RESPONDEO. Et hic parum efficies. Quo-usq; enim significationis proprietates in verbis Christi, Hoc est corpus meum, urgeatur à nostris, satis constat, ut mirer quempiam hîc subsidium quærere. I. Verum est, singula vocabula sumi propriè. Ita enim D. Hunnius de sacra Cæna pag. 303. aliud est, cum dicitur, singula vocabula accipi in propria significatione, neq; ex iis ullum transformari in sensum tropicum (panis enim verum naturalem panem; Corpus ipsum Christi corpus; Est verum & realem modum *ἡ ἀληθὴς* designat, nec capitur pro significat) aliud verò est, cum non de vocibus

simplicibus in se consideratis, sed de ipsa prædicatione agitur, quæ non est propria seu regularis, sed inusitata, &c. An verè putas singula vocabula, puta subjectum & prædicatum, panem & corpus, per se sumpta in naturali sua significatione, dare propositionem: Hoc est corpus meum? Putas, *ut dilucidius agam*, subjectum & prædicatum, *panem & corpus in prædicatione sacramentali non aliam habere significationem, præter propriam ac nativam? putas, verbi gratia, panem hic esse simpliciter naturalem ac communem, ut in pistoris consideratur ædibus?* Non ita, ut sese exponunt Theologi. Vide D. Hun pag. 407. D. Herbr. in *Compendio, &c.* Committis igitur errorem compositionis ac divisionis. Separas enim significationem propriam à mystica seu sacramentali. II. Audi argumentum. Qualis significationis est panis & corpus Christi in sanctissimo ac stupendo Eucharistias mysterio, talis etiam significationis est prædicatio de sanctissimo hoc sacramento. Audi rationem. 1. Significatio prædicationis fundatur in significatione terminorum. 2. Qualis manducatio, talis prædicatio. 3. Vel: Qualis unio, talis prædicatio. Atqui panis & corpus Christi in sanctissimo Eucharistias mysterio sunt significationis sacramentalis. 1. quia hætenus sunt naturæ sacramentalis. 2. sacramentum quippe constat re terrena & cœlesti, *ut supra ex Irenæo ostendimus.* 3. Natura autem potior dat rei denominationem, juxta axioma: *A potiori fit denominatio.* 4. Denominatio præsupponit significationem. Ergo prædicatio: Hoc est corpus meum: in sanctissimo Cœnæ mysterio est significationis sacramentalis. Vides quo sensu à nostris significationis proprietates in subjecto & prædicato prædicationis sacramentalis asseratur, unde concludere poteris, *committere te errorem* $\omega\delta\epsilon\tau\ \tau\ \alpha\lambda\eta\mu\alpha\ \tau\eta\varsigma\ \lambda\acute{\epsilon}\xi\epsilon\omega\varsigma$. III. Audi Retorsionem argumenti tui. Improprietas prædicationis aut habet fundamentum in subjecto & prædicato, utpote materia ex qua

qua prædicatio conflatur: aut non habet. Si non habet, necessum, ut statuas rem fundatam negato fundamēto. Ἀποπον! Necessum, ut ponas effectum negato principio. Ἀλογον! Necessum ut mihi unicum saltem monstres exemplum, cujus attributio impropria terminis in nativa sua significatione manentibus. Ἀδύνατον! Necessum ut mihi des rationem, cur in quibusdam exemplis improprietas sit & ἢ λέξιν & ἢ σύνθεσιν, in quibusdam vero improprietas ἢ σύνθεσιν tantum. Hic si dixeris esse attributionem impropriam, petis principium. Ergo improprietas prædicationis fundamentum improprietas suæ habet in subjecto & prædicato. Si hoc: quid quaeso conaris palliare absurditates, nimirum: subjectum & prædicatum in propositione sacramentali, &c. usurpanda esse in propria significatione (quod à Tropistis negabatur) prædicationem ipsam esse impropriam, & pertinere ad classem prædicationum impropriarum logicarum? Et qua conscientia audes citare Orthodoxos? Haecenus de aliquot testimoniis perperam ad præsens institutum productis: Videbimus etiam effugia Gocleniana, ea quæ sunt alicujus momenti.

VI.

I. *Propositio irregularis logica est vera.*

Nego, inquit pag. 6. propositionem cum ejus prosyllogismo & dico tibi prædicationem logicam deflectentem à canonica seu regulari esse veram, & posse prædicationem logicam congruere cum re, etsi non congruat cum regulari seu propria compositione veri enunciati, &c.

VII.

RESPONDEO. I. Falsitatem luculentam aleret, si termini simplices in propria ac nativa significatione sumerentur, ut tute vis. Quis enim nescit tritum: *Veritatem axiomatis nasci ex legitima argumentorum compositione, quando scilicet consentanea affirmando, dissentanea negando enunciantur?* quis ne-



scit è contrario falsitatem oboriri: Ut igitur veritas axioma-
 tis haberi possit, necessitate urgeris, ut vel in subjecto vel
 prædicato improprietatem seu modificationem Rhetori-
 cam quæras. 2. *Asserit idem Augustinus Hunnæus pag. 59. cujus*
authoritas magni apud Goclenium est ponderis. Causalis
prædicatio (quæ Goclenio est impropria logica) est propo-
sitio, QUÆ SECUNDUM SERMONIS PROPRIETATEM
EST FALSA. Audi, si dixeris prædicationem tuam logicam
irregularem esse & λέξις propriam, ex ore Hunnæi tui pro-
positionem falsam dixeris. 3. Asseris & tu Gocleni, pag. 8. Est
enunciatio falsa quidem, si sermonis spectetur proprietas,
quamvis te (satis ridiculè) purges. Ego inquis in margine instit.
log. lib. 2. pag. 65. intelligo SERMONEM LOGICUM SEU ipsam
compositionem extremorum. Hem! Egregiam analysin! Ridebam cum
hac legebam. 4. Hactenus igitur stat immota censura Adver-
sarii tui, quem sic appellas, cui (si ad hunc modum velit ur-
gere argumentum) satisfacies ad Calendas Græcas. Noto igi-
tur errorem in hoc effugio & λέξις τὸ μὴ αἰτιον ὡς αἰτιον.

VIII.

II. *Impropria logicè potest esse impropria Rhetoricè.*

Non mutuò, inquit pag. 4. excludunt se Tropo vocis affecta
seu modificata Rhetor. & impropria Logic. id est, potest esse oratio &
modificata Rhetoricè & impropria Logicè. Dabo tibi hoc, modo vi-
cissim mihi des ut Logico, improprie hinc, id est, impropria compositione
dici effectum de causa mediata seu instrumentali, p. 12. &c.

IX.

RESPONDEO. Quid concedis? observata totius di-
 sputationis methodo dare non potes, orationem impro-
 priam Logicè, de qua potissimum hinc sermo, esse modifica-
 tam Rhetoricè. I. Quid enim respondes Keckermanno,
 qui maximoperè hoc inficiatur? *ut videre est in syst. Theol. loc.*
cit. II. Quid respondes ad definitionem propositionis ir-
 regu-

regularis Logicæ abs te datam *in instit. Logicis?* III. Quid ad distinctionem inter prædicationem impropriam καὶ λέξιν & καὶ σύνθεσιν? IV. Quid ad applicationem tuam, de exemplo: panis est corpus Christi? ubi improprietatem καὶ σύνθεσιν concedis, negas καὶ λέξιν. V. Quid ad exemplum, quod responsioni tuæ subjicis pag. 4. Vita bestię est sanguis. Ubi hęc tropus? Das Leben eines unvernünftigen Thiers ist Blut. Annon ubiq; est hęc propria significatio? Aut igitur concessione hac rectè fallis, aut apertè tibi & Keckermanno tuo in faciem contradicis, aut utrumq; agis: aliud haud inveneris, si consulueris tuam conscientiam.

At enim quid tempus tero hisce minutiis, quas pueris in scholis contra Goclenium ventilandas relinquimus? placet totum ζήτημα ad certas aliquot propositiones redigere, ut certò constare possit, quæ de re in hac controversia sit agendum, & quid Goclenio incumbat. Observa eas, & perpende, an hætenus cordato satisfeceris, aut in posterum satisfaturus sis logica tua pictura de propositione irregulari logica.

X.

Συμπερίληψις

I. Propositio irregularis logica Keckermanni non est Tropica.

a) Quia opponitur propositioni figurata, b) quia hoc disertè affirmatur. c) Et exemplis comprobatur.

a) Keck. syst. log. l. 2. p. 400. b) syst. Th. l. 3. c. 8. c) vide th. 19. s. 1.

II. Propositio irregularis logica Goclenii ejusdem planè est monetæ.

Vt docent definitio, distinctio, exemplum principale ad quod tendit a)

a) ut supra aliquoties.

III. Hanc non docuit Melanchthon.

a) Eam enim, ubi improprietas attributionis, sub figurata comprehendit.

a) S. 5. th. 1. 2.

4. Hanc



- IV. Hanc non docuit Augustinus Hunnæus.
 a) *th.3.4.* a) *Agnoscit enim semper improprietatem sermonis.*
- V. Multò minus Scaliger & Zabarella, a deoq; totus
 Philosophorum Chorus.
 VI. Atq; in æternum dari non potest. a)
- a) *vide th. 6.f.5.* VII. Itaq; nihil proderit logicis glossatoribus. Non
 entis enim nulla *παρά*, nulla effecta.
 VIII. Sed Tropologistarum de verbis Cœnæ Do-
 minicæ deliramenta remanebunt.
- a) *vide su- pra f.1.* IX. Glossa *Beze lib.1. Epist. pag.56. in summa doct. de re sacramentaria p.209. Anton. Sad. de spir. mand. pag.6. in vocabulis: EDITE, BIBITE. a)*
- a) *vide th. 5.f.1.* X. Glossa *Carlstadii in vocabulo: Hoc, ad corpus. Lav. in hist. sac. pag.3.a)*
- b) *th.6.f.1.* XI. Glossa *Paræi in vocabulo Hoc ad panem, de sac. Cœn. pag.118. Anonym. pag.103.b)*
- c) *th.7.f.1.* XII. Glossa *Zwinglii, Paræi, Polani in vocabulo est. Zwingl. de vera & falsa relig. Lav. in hist. sac. p.2.3.7. Par. p.132. Pol. in part. Theol. p.157.c)*
- d) *th.8.* XIII. Glossa *Calvini in voce corpus, quæ metonymia est causæ pro effecto, contra Westph. p.50.99.d)*
- e) *th.9.* XIV. Metonymia *subjecti pro adjuncto Zwinglii. tract.2. instit. de sac. Cœn. e)*
- f) *th.10.* XV. Signati pro signo *Oecolampadii, de verb. C.c.9. Bullingeri decade 5. de C. Piscatoris ad elench. Busch. c.5.f)*
- g) *th.11.* XVI. Metonymia & Metaphora *Rami libr.4. Theol. cap.8.g)*
- b) *th.12.* XVII. Synecdoche *generis pro specie Piscatoris in Respons. pag.99.h)*
- i) *th.13.* XVIII. Synecdoche *partis pro toto Bucani inst. Theol. pag.720. & Cassell. pag.70.i)*
- k) *th.14.* XIX. Synecdoche *partis pro parte Zwinglii in Ex- pos. neg. Euch. k)* XX.

- XX. Glossa in vocabulo *Quod*. *Piscat. in Respons. ad Elench. Buscher. capite 2. Gryn. disputat. Heidelberg. thes. 19. 1)* l) th. 15.
- XXI. Metonymia in tota propositione *Beza in consp. pag. 23. 29. Par. libr. 1. cap. 9. libr. 2. cap. 17. Bucani institut. pag. 693. m)* m) th. 16.
- XXII. Metonymia & Synocdoche *Pezelii in tract. n)* n) th. 17. *de sac. Cœn. p. 122. 123. n)*
- XXIII. Censura *Zwinglii, &c. de glossa Carolstadii. Lav. in instit. sacr. o)* o) th. 18. a-
phor. 1.
- XXIV. Censura *Bucani instit. loc. 40. Piscatoris in resp. ad Elench. Busch. c. 4. &c. de glossa Zwinglii, Polani, Parçi, in voce Est. p)* p) th. 18. aphor. 2.
- XXV. Censura *Bezae i. volum. pag. 309. Parçi lib. 1. c. 9. lib. 3. c. 4. &c. de glossa Oecolampadii in vocabulo Corpus. q)* q) th. 15. aph. 3.
- XXVI. Censura *Bezae in respons. ad Dan. Hoffm. pag. 155 in Dial. pag. 22. de metonymia Calvinii & Zwinglii in vocabulo Corpus. r)* r) th. 18. aph. 4.
- XXVII. Censura *Bezae in consp. p. 27. Bucan. institut. Theol. p. 633. Pezelii de S. Cœna. Par. lib. 3. c. 9. de tropo in verbis singulis. f)* s) th. 18. aph. 5.
- XXVIII. Censura *Piscatoris in Resp. ad Elench. Busch. cap. 3. Keckerman. lib. 3. system. Theol. c. 8. de tropo in phrasi. t)* t) th. 18. aph. 5.
- XXIX. Manet etiam de Calvinianis in hoc potissimum argumento verissima sententia Apostolica i. *Timoth. 6. v. 3. Si quis aliter docet, & nō acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, ei, quæ secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidia, contentiones, blasphemix, suspiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate privati sunt, existimantium quæstum esse pietatem. Hactenus D. Apostolus.* NB. *ac Calvinii soboles annōn hīc tangeris?*

XXX. Et haecenus manet & manebit (frangantur ac rumpantur adversarii) ὁπρὸς δόξον de propositione sacramentali, Hoc est corpus meum, cuius rationem quaerimus in Spiritus sancti Academia, non in Aristotelis Lyceo, aut alterius cuiuspiam Logici, multo minus in Goclenii & Keckermanni placitis de propositione irregulari logica, nuper in gratiam cerebelli humani expositis, & nescio qua cerussa depictis.

Habes, Gocleni, propositiones, ad quas tibi respondendum, ut disputationis tuae secundae de propositionibus irregularibus logicis succum aliquem gustent, in quorum gratiam apparatus hunc instituisti. Tibi inquam respondendum. Te enim spectant.

Audio te Emissario uti contra primum meum Antidotum, qui alto supercilio in publicam ascendat cathedra, atque pomposè ac graviter nimis philosophicis ludat crepundiis, ut ille apud Gellium. Quid agitis boni? emittisne, qui ne primis, quod ajunt, labris fundamenta Theologiae degustarunt? Ut differat de rebus Theologicis? gravissimis? dextro iudicio quam accuratè pensiculandis? Ut ad publica veniant pulpita? Ut Labyrinthos tuos meatus rectificent? Annon hoc est illotis ad sacra irrumpere? Et divinam veritatem studio flagellare? Gocleni, non ferēs hoc inultum suo tempore, cum tuo inanis gloriolae Aucupe. Expecta paulisper! Accipies proximè, Deo benè me juvante, nugarum tuarum de Analogia sacramentali, in qua fundamentum propositionis irregularis logicae quaeritis, resolutionem.

Τῶ Ἰεῶ δόξα.

Pro-

OS (*) SO
S




Protea, Vertumnum, Metram, Empusamq̄, Vafrumq̄
Polypon, & falsa specie variisq̄ figuris
Morphea, Telchinasq̄, olim est mirata vetustas:
Mille quod incertis variarent corpora formis,
Nunc hominis, nunc dira fera, nunc piscis imago,
Nunc flammæ fuit, aut undæ, nunc ilicis altæ,
Et queiscunq̄ homines libuit deludere nugis.
Haud secus ac liquidis apparens nubibus Iris
Mille trahit varios ad verso Sole colores.
Ista quidem priscis ita sunt conficta Poëtis.
Ast hodie si scire libet, si noscere verum
Protea, Vertumnum, Metram, Empusamq̄, Vafrosq̄
Polypodas, falsa specie, variisq̄ figuris
Morphea, Telchinasq̄, & multo plura monstra:
Non opus è longis præsentia discere terris.
Ex Physicis alius glossæ deliria quærit,
Atq̄ Geometricâ delineat arte figuras,
Queis cæli spacium Triadosq̄ arcanaprehendat.
Alter agit miras Tropica vertigine nugas.
In gyrum versans huc illuc mystica verba,
Nunc hoc, nunc illud, nunc dicens istud & illud,
Et nusquam firmâ potis est consistere sede.
Ex logicis alius causse sarcire ruinas
Sollicitè satagit, propriisq̄ impropria miscet.
Fervet opus, redolentq̄, opio flaventia fellâ.
At non eludent cæli terræq̄ potentem,
Quum justâ accensus rationem poscet ab irâ.
Quis furor, æthereum (dicet) discerpere verbum?

Quod non perspicuo terris sermone reliqui?
Atq; technas cerebro miras agitare profano?
Nunc ergo errorum tenebras depellite tandem:
Non Deus est, non est (ne vos malus occupet error)
Qui naso sese ludi patiatur adunco:
Contemptus vindex acerrimus, atq; profanae
Quae sancto intentat verbo ludibria, mentis.
Sacrosancta Dei nobis oracula sunt,
Non instar cere, quam fingit itemq; refingit
Artificis variata manus, mireq; figurat.
Nempè DEUS verus, cuius verissima verba
Semper, in aeternum nunquam mutanda, manebunt.

M. Christophorus Helvicius adjiciebat
αἰτοχελῖος.

FINIS.






3h 4245



X 22MA38

VD 17







PHILOSOPHICUM

ANNIS
INII,

COLENII PHILO-
s,

REGULARI

propria:
SOCIORUM SUO-
ica verbis, Hoc est cor-
no tollere:

SPECTIVAM PRO.
IGNI ET SIGNA-
icare con-

Philosophicis:

rum tropis ac figuris vindi-
rregularium censurâ
et.

RUM,
Typogr. Acad.

30

